

615.33/3
B62a

AQUE FRIGIDÆ

Antiquissima Methodus ad Praxim
iterum revocata.

OPUS


NICOLAI CONTE
*Ex duodecim Almi Collegii
Medicorum Neap.*

D. ALBERTO

DE BLASIO

Medico Drepanensi Excellentiss.

DICATUM.



NEAPOLI, MDCCXXXII.

Ex Reg. Typ. Secundini Porfile.

Superiorum Permissu.

Expensis Thomæ Marciano.

EMINENTISSIMO SIGNORE.

IL Dottor Fisico Nicola Conte supplicando e spoune
all'Em.Sua , come desidera dare alle Stampe una
sua Operetta intitolata , *Aqua frigida Antiquissima
Methodus ad Praxim iterum revocata* ; la supplica
per tanto a commetterne la solita revisione a chi me-
glio li parerà , e l'avera grazia ut Deus.

*Rev.D.Chrisophorus Albano revidet , & referat.
Neap.3. Novemb. 1731.*

D.Antonius Can.Castelli V.G.

D. Petrus Marcus Giptius Can.Dep.

EMINENTISSIME DOMINE.

Ibrum , cui titulus *Doct.Phys.Nicolai Conte Aqua
frigida Antiquissima Methodus ad Praxim iterum
revocata* , sedulū , accurateque perlegi , nihilque in
eo tum contra fidei nostræ puritatem , tum contra mo-
rum integritatem animadverti ; quo circa ad publi-
cam utilitatem , si Em. Vestre ita placuerit , Typis
mandari censeo . Datum Neap.3. Decembris 1731.

Em. Vestre .

*Humillimus , & Addictiss. Servus
Chrisophorus Albanus Abbas , & Rector Curatus
S. Januarii ad Ulmum .*

Accensa supradicta relatione imprimatur . Neapoli
die 26. Maii 1732.

D.Antonius Can.Castelli V.G.
Canonicus Januarius Majellus , pro Reverendiss.
Can.Deput.

Eco.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

Lo Dottor Fisico Nicola Conte, supplicando espone
a Vostra Ecc. come desidera dare alle stampe una
sua Operetta intitolata. *Aqua frigida Antiquissima
Methodus ad Praxim iterum revocata*. La supplica
pertanto a commettere la revisione a chi meglio li pa-
rerà, e l'averà a somma grazia, ut Deus.

*Mag. A. M. Doctor D. Nicolaus Cirillo videat, & in
scriptis referat.*

**MAZZACCARA R. ULLOA R. GIOVENE R.
CASTELLI R. PEYRI R.**

*Provisum per S. Exc. Neap. die 26. Ott. 1731.
Mastellonus.*

EXCELLENTISSIME DOMINE.

Ut Tuis iussibus obtemperarem, legi Librum, cuius
titulus Doct. Phys. Nicolai Conte *Aqua Frigida
Antiquissima methodus ad Praxim iterum revocata*, atque
in eo nihil inveni, quod Regiae Jurisdictioni obsta-
ret: imò è re Medicā esse reputavi, ut nunc tempo-
ris familiarissimum nostratibus Remedium, haud Ante-
quos latuisse, cleris argumentis conficeretur. Qua-
propter illum publici juris fieri posse censeo, si Ex-
cellentia Tuæ auctoritas accèsserit. Neapoli 30. De-
cembri 1731.

Excell. Tux.

*Addictiss., & Obsequentiss. Famulus
Nicolaus Cyrillus Prof. Regius.*

Vita suprascripta relatione imprimatur, & in publi-
catione servetur Regia Pragmatica.

**MAZZACCARA R. GIOVENE R. PISACANE R.
VENTURA R. PEYRI R.**

*Provisum per S. Excell. Neap. die 27. Maii 1732.
Mastellonus.*

PRÆCLARISS., AC SAPIENTISS.

DOMINE



Uanti semper ego Te fecerim , vel exinde poteris cognoscere, quod non modo nullum pro re nata præterierim officium ; sed Tempus ipsum visus sim sapius aucupari , quo meum erga Te pro tuis meritis Studium , ac Benevolentia , documento aliquo significaretur , Hinc quoniam gratum tibi in primis fore intelleixerim , si quæ de Physicis , ac Medicis rebus novæ hypotheses , atque inventa , & philosophandi rationes hic prodierint , isthuc ad Te legendas transf
A ferrem ,

ferrem; quin impensius morem tuę gerem voluntati? Quamplurimas proinde de ea re dissertationes inter doctissimos nostros comprofessores probe exagitas, variasque etiam meas, qualescunque dēmum fuerint, de eadem conjecturas, unā cum iis, quæ admiratione digna Praxis ipsa obtulerit, enucleate ad Te perscripsi, tecumque libenter communicavi. Hæc tamen omnia, licet avide arripueris, diuturnam nihilominus tuam restinguere minime potuerunt inquirendi, qua extuas sitim, de Sacramentis Naturę abditissimis. Quamobrem volupe tibi oppidò futurum rescripsisti, ubi nuperam præterea Methodum exhibendi Aquam frigidam, cum in febribus, tum in alijs morbis febre, carentibus, brevi non solum narratione recitarem, verum etiam de meo, aliorumque judicio rationes subjicerem, qua insolens apud veteres, ut vulgo assertur, Medicamentum portenti veluti simile, ac prodigii miras nimium, perficiat sæpe curationes. Jam mihi eam novi demandari provinciam, quæ diffulta.

cultatum spisit undique septam, acer-
rimas quasque Sapientissimorum homi-
num terret acies, infringit spem, elu-
dit industriad. Quid ergo? commissum
ne traham pensum, quodque princeps
aliorum exhorruit virtus, subeam ego
periculum? Supra tenuas quidem meas
vires esse, atque ingenioli modulum in-
genue fateor; sed me opprimi malo of-
ficii onere, quam amico non obsequi.
Suscipiam itaque, & quo ad potero il-
lad feram, obsequiumque ipsum excu-
fabit audaciam. Quæ igitur habeo, ex
animi sententia proferam, meliora cœ-
teri; Tuum erit cuncta expendere. Vale

UT itaque accurate, quæ me tibi
scripturum proposui, distincteque
disponam, Aquam, simplex elementum
esse, non solum cunctis rebus necessa-
rium, verdm & nobis, ut ita dicam fa-
miliaritate conjunctissimum, latere ne-
minem suadeor: Siquidem in Terram
effusa, salia quæcunque nitrosa ipsam
fecundantia diluit, quæ ope Solis ad
germen plantæ delata; illam sapenume-
ro adolefcere faciunt; immo et coquod

humido connectuntur omnia, Thales Milesius omnium rerum naturalium principium censuit; cum quæ interitura sunt, prorsus arida, & sicca remaneant; & Chymici tandem maximum spiritus, & sulphuris vehiculum esse dicunt, cuius interventu ista invicem, & cum Sale conficiantur. Etenim cætera principia humore aquo dissoluta, aut saltem diluta in motu persistant, sine quo veluti congelata obrigescerent.

Intima rursus nobis est, amica, profuga, & delectabilis; nam non modò si frigida fuerit sitientes recreat, excandefactos attemperat, aridosque colligit, verum etiam instauratos quandoque, & firmos nos reddit. Quapropter inter sufficientium numerum eam quamplurimi collocantes, nutritiam quoquo pacto etiam crediderunt, cum Aquæ potatores præ cæteris pinguescant, & non pauci (ut referunt) inventi sint, qui plurimis mensibus, immo, & annis, solo Aquæ potu, nulloque penitus cibo vitam duixerint incoludem. Scribit enim non spernendus Auctor Albertus Magnus in lib.

lib. 7. de Animalibus cap. 3., se melan-cholicum quendam vidisse, sola Aqua plurimis hebdomadis viventem; & Cœlius Rodiginus in lib. 13. antiquar. lect. cap. 24. visam fuisse in Hispania Puel-lam refert, vigesimum etatis suæ annum agentem, quæ nihil comedebat, haustu-que tantum Aquæ vitam fovebat. Hinc olim Hæbrei Aquæ potu in die jejunii se abdicabant, ne limites excederent ab-stinentiæ. Hanc opinionem tueatur Ho-merus, probat Aristoteles, confirmat Hippocrates, quemadmodum sequan-tur Cornelius Celsus, & alii.

Quæ licet verisimilis primo videatur aspectu, attamen qui meliori eam libra-sunt examine, protinus confutarunt. Si-quidem Plato in lib. 5. de legibus, inter illa, quæ corpus nostrum, mores, & in-genia commutant, alimenta, & aquas recensuit, ex quo ab alimentis Aquam sejunxisse liquido appareat. Platonis conjecturæ videtur adhæsisse Galenus, qui in lib. 3. de rat. v. lect. in acut. text. 17. sit. At quo nullo modo nutriunt, sicuti aqua, covirtatem neque summa imbecili-

titare, neque robore quispiam vere dixerit, nisi id aliquando per accidens contingat; Aqua siquidem, non ut alimentum vires recreat, sed bene ut medicamentum ad Temperamenti symmetriam, quo propter ipsius moderationem imbecilla sunt reducens Galeno ad stipulari voluit Avicenna; qui in lib. i. fenz. doctr. 2. cap. 16. inquit. Aquam unum existit elementorum, quo sola inter elementa habet proprium, ubi in eo, quod comeditur, & bibitur ingreditur, non ideo, ut nutrit, sed quia alimentum penetrare facit. Hanc existimationem tutatus est etiam Oribasius in lib. 5. collectan. cap. 1. Porro, dixit; Aquam non alere, sed vehiculum tantummodo alimenti esse, at Hippocrates, & ceteri Prestantissimi Medici dixerunt, ubi eamque causam non potest visitalem facultatem roborate. Et tandem complexus fuisse videtur quoque ingeniosissimus Franciscus Vallesius, qui in lib. i. methodi cap. 10. de Potu agens sic loquitur. Ejus per se duos sunt, vobere alimentum, & solari fitim, quo cum appetitus frigidi, & buoni sit, constat

*stat potum debere esse frigidum, & humi-
dum, tenuem verd, & fluxilem, ut dedu-
cat alimentum; alere verd, aut aliter
corpus afficere, per se non est potus, et si
aliquibus accidit potabilibus, non quata-
libus: Nam quo alunt fami occurruunt
potius, quam siti, aut non huic soli; Quo-
alius usus exhibent, medicamenta sunt.
Igitur vere potus, ac nihil aliud quam
potus sola Aqua frigida est, quia tenuis
fluxilis, frigida, & humida, & nihil
nutriens, neque praeter dictos duos, &
quo inde sequuntur ullum usum corpori
praestans.*

Hoc autem, quod multiplici autho-
ritate firmavimus, suadetur etiam ra-
tione, quia nullum simplex elementum
ipotest corpus mistum nutritre; adeoque
cum Aqua simplex elementum sit, non
potest corpori alimentum tribuere, &
hicit videatur aliquando praestare, id
multis ex causis accidere posse mihi per-
suadeo. Primo, quia quidquid commi-
stum, & congestum in Sanguine inve-
nit, dulcius conservat, & à dissolutione
suetur. Secundo, quia cum Sanguine

cæterisque succis nutritiis unum corpus faciens, eorum naturam induit, & vellut mores consequitur. Tertio, quia Alimentum vehit.

Et quidem ut Sanguis nutriat, aliquo modo spissum fieri necesse est; alioquin si nimis solutus demandaretur ad partes, in earum substantiam converti nequiret, sed ab illis, vel diverteretur, vel immutatus discederet, & sicuti, quod per membra dispergitur, roris similitudinem refert, ita dum converti debet in substantiam aliti, glutinis formam adipisci oportet; quemadmodum significavit Avicenna in lib. 4. fen. 1. tractatu 3. cap. i.

Sæpe enim Sanguis deperdit hanc glutinositatem, non tam ob adjunctas illi pet potum copiosas humiditates, quæ magis laxum interdum efficiunt, redundique, quam propter quædam incongrua fermenta, quæ eundem secundum omnes partes disiungunt. Hinc cum inceptus nutritioni evadat, & partes privata alimenta conabescant; Aqua, quia plerumq; hujusmodi dissolutionibus obstat,

stat, à liquatione abstrahit, & quodammodo etiam consistentiorem facit, ac proinde quominus dissipetur præstat. Explicat id ipsum Hieronymus Mercurialis in suo aureo tractatu de Vino, & Aqua circa finem, exemplo Lucernæ, in qua si paululum olei immisceatur, proculdubio diutius protrahitur, nec tamén ipsam flammam alit; sed compescit, ne ita cito oleum depascatur. Quid mirum igitur si aliqui sola Aqua quandoque diutius vitam protrahunt? id certe non accidit, quia per se nutrimentum invehit; est enim illa tota sensimilis, fluxa, nullius particeps pinguedinis, quæ affigi possit, & affixa nutritire, sed quia prohibet interdum, ut homines virtutibus exolvantur; unde cum privative tantum virtutes promovent, licet pota sanguinis unionem aneat, & sub illa figura etiam comprehendatur, nomen solummodo alimenti acquirere potest, virtutem tamen haud quaquam consequi; cum passim ab ipso sanguine separatur, & in speciem sputi, sudoris, vel urina resolyti videtur. Unde

RON

non immērito divinus senex Hippocrates in lib. de Alimento num. 5. ait. *Alimentum non alimentum, si non potest alere, nomen est alimentum, non res; Res est alimentum, non nomen.* Quam doctrinam explicans clarissimus Franciscus Vallesius in hujus textus commentario dixit. *Talem ego intelligo Aquam esse, & quae ad solam Aquam pertinent, hoc enim verè non nutriunt; videntur tamen nutritre, prohibentia corporis dissolutionem; diutius enim potest aliquis Aqua utens apediam ferre, quam hac sola privatus; illa ergo non est alimentum; nam, quod non potest alere, nomine tenus est alimentum, non re ipsa; debet enim alimentum esse re tale, non nomine solum.*

Rursus liquoros quosdam, & salium uniones plerunque Aqua in corpore invenerit, quibus cum miscetur, intimaque exercitia prosequens, sicut multiplicat, ita etiam illorum virtutes, ac instituta contrahit. Etenim quemadmodum si compacti fuerint aliquam solutionem effert; ita iidem sapienter illam confusam reddunt: nam aliud immiscentes scili-

scilicet eorum substantias transfundentes, aliquomodo, licet ex accidenti quasi nutritiam efficiunt. Ut sicut enim si in vinum Aqua infunditur, licet in ejus substantiam vere non transeat, ejus usum tamen, & modum assequitur; aut in carnium elixationibus, earum substantiis imbuta, corpus alit, ita etiam poterit quandoque ob misturam similium succorum mistam reddi, & veluti alimentum fieri.

Tandem Aqua nutrire etiam videtur, quia Alimentum vehit. Nisi enim ab aquosa substantia Chylus dilutus esset, per vasa exilia, vel anfractuosa pervadere non posset; huc illuc enim subsisteret, & reliquas partes refectione privaret. Significavit hoc ipsum Hippocrates in lib. de Alimento; ubi. *Humiditas ve hiculum alimenti est.* Et post ipsum etiam Galen. in lib. 4. de usu partium, cap. 5. Hunc itaque usum praestat animalibus Aqua; siquidem ex ea nutritiri nulla particula potest; & distribui vero ex ventre quod nutritur erat, non poterat, nisi deductionem fuisset à quoquam ita liquido.

(12)

do. Expeditiorem enim, ac citatiorem
potius liquoribus. Aqua transitum præ-
bet, quam verè nutritre videtur.

Præterquam quod colliquat etiam, &
attenuat cibos ipsos solidos, siquidem
animalia quandoque vescuntur, solis ci-
bis duris, qui ut ait Hieronymus Mer-
curialis loco supra citato, *ut nutritant*
opus est eliquescant, & in succum, &
sanguinem convertantur. Quemadmo-
dum etiam præparat, disponit, apta-
que reddit corpora ad suscipiendum nu-
trimentum, ut possit adhærere, non se-
cus ac fabri murarii irrigant muros
Aqua, ut calx magis adhærescat, conti-
nuo enim motu, & calore exiccantur cor-
pora nostra; irrigat itaque ea Aqua, ut
facilius hæreat alimentum. Unde con-
cludere convenit, Aquam solummodo
utiliem esse ad distributionem, disposi-
tionem, & aptitudinem corporibus in-
genrandam ad suscipiendum nutriimen-
tum, haud quaquam tamen alitivam
esse. Et quanquam Vinum vicem Aquæ
quandoque gerat, majori tamen homi,
qui commode institutum fuisse vide-
tur,

tur, ob languentis scilicet stomachi affectiones, ut recte Stromatēus in lib. 2. p. dag. cap. 2., nam alias. damnum inferre posset, & molestiam parere, ut legitur de quibusdam barbaris nationibus, nempe, Iberis, Tracibus, Celtis &c., quæ a Vino abhorrent, quia fatuus reddit homines, & insanos. Hinc apud Chinam Judicibus, antequam caufam audirent, vel definirent; ne vel guttam Vi- ni absque Regis Imperio degustare, veritum erat.

Has igitur utilitates videtur præstare Aqua ut potus, multa autem commoda præstantiora promittit etiam, ut medicamentum in corporibus insalubribus, & neutrīs; Siquidem infirmos a magna febre vexatos curat; iisdenque sitim demulcendo, & somnum restituendo, amissas animi, & corporis jucunditates invictaurat; ardores compescit, coctiones adjuvat, & ingentes dolores quandoque lenit, fugatque. Quomodo autem id fieri possit, qua ratione, & quibus potissimum debeatur talis inventio, & usus ab his, que mox sequuntur invenies.

Et

Et quidem hanc doctrinam jamdiu antiquorum animis insitam fuisse, neminem latere posse crediderim, ut infra tibi signa ostendam. Obsolevit tamen longo tempore, quia multa falsa idola quorundam recentiorum animos occupavunt. Qui si experimentalem Philosophiam forsan adepti fuissent; non solum jam insitas, & anticipatas quasdam a mentibus suis opiniones ablegavissent, quin ex infanti, & rudi, adultam tandem, & veridicam medicinam adepti forent. Necessitas tamen, quæ plerunq; medicinam parere solet, hac nostra ætate hisce tenebris lumen præbuisse videtur: nam plantus, clamores, & suspiria quorundam, qui cum suos amicos, familiares, vel conjuctos, ob magnas præcipue febres, quibus detinebantur, cum ingenti calore, ardentissima siti, & summa lingue ariditate, siccitateque, depeditos vidissent, obtinuerunt tandem, ut quidam Medici, deponentes judicia, quæ ex suis falsis hypothesibus olim hauserant, etiam, atque etiam intuentes, quod Natura nihil frustra facit;

sed

sed tanquam rerum omniam magistra.
 suis commodis variis modis prospicit ;
 & ab his quæ orditum cum nostra utili-
 tate, lumen etiam nobis præbet , quomo-
 do in casu simili unicuique auxilium
 conveniens præstare possumus , a for-
 matis suis idolis , desisterent . Hinc
 justis ponderibus librantes , quæ febrici-
 tantibus , vel alio morbo correptis oc-
 currebant , non modò ob causas manife-
 stas , quibus mediis ægrotantes frequen-
 tius morbis subiecabantur ; verùmetiam
 nimia dissolutione frangi , ob copiam
 tot spirituorum liquorum , quibus
 ipsis mos erat ad plenitudinem saturare ,
 & interim dum mortem his brevi futu-
 ram crederent , cum nullus dabatur re-
 medio locus , si alicujus Medici , vel ad-
 stantis suasu , aut saltem sibi ipsis ægrotan-
 tes indulgere cupientes , Aquam fri-
 gidam , vel quemcunque alium liquo-
 rem , quæm pro extinguenda siti , & ar-
 dore , promptum occasio præstabat , in-
 gurgitabant ; Vitam , quam deperditam
 fore suspicabantur , simili industria iis-
 dem restitutam fuisse , ipsi etiam de ea-
 dem

dem periculum facere aliquando pensis
tarunt.

Effrenis tamen, ne dicam execranda
illorum libido, cum gloriæ sibi vendi-
candæ, tum lucrandi, usque adeo se di-
latavit, ut nullam proorsus rationem,
habentes eorum, quæ hujusmodi præsi-
dium tolerare possunt, atque permitte-
re, fere ad omnes morbos ausi sunt ea
uti: immo ut ipsis in Praxi major fidu-
cia præstaretur ad decipiendos ægrotan-
tes, omnes suorum ingeniorum nervos
contendere studuerunt; cum nescio qui-
bus etiam pulveribus, pilulis, aut bo-
chetis se adornantes, & eidem Aquæ
frigidæ præmittentes, vel immiscentes,
securam spem de sanitate acquirenda,
pollicabantur.

Attamen, quia non raro Medicorum
spectationi, quamquam ratione, & ex-
perientia suffulta, eventus non respon-
dent, idque non ex regularum præstantis-
simæ Artis defectu, sed aut ex multiplici,
ac pene incredibili causarum, tam exte-
riorum, quam interiorum vario con-
cursu, vel potius, ex patientis, adstan-
tium,

tium, vel Medici indebite accomodandi, determinandique ea, quæ ad curationem spectant, negligentia, & erroribus. Hinc factum fuit, quod aucti prius cura distractus, per multum tempus operam navasse, non solum in peryolvendis antiquorum libris, qui prius hanc rem agitarunt, dilucidarunt, & quamplurima scitu digna reliquerunt, verum etiam in examine eorum, quæ melioribus explicationibus, nostri temporis sapientissimi quidam Scriptores significarunt, atque omnia ad praxim reducens, tandem instructionis meæ ergo solum, Methodum quandam mihi familiarem conformavi, quam candide Te jubente, mecum communem habebis.

Et quidem de Febris primò tibi verba facturus, cum non sit præsentis instituti de illis ex professo pertractare, solummodo per transennam notabo ea, quæ mihi magis consentanea videntur, pro hujus præsidii indicatione limitanda.

Sub quoenamque igitur systemate concipiatur febris, siue ejus causam perscruci-

B tabi-

tabimur, aut effectus intuebitur, non
 sine motu præternaturali particularum
 sanguinis ejus essentia concipi, vel ex-
 plicari posse crediderim: Nam siue fe-
 brem calorem præternaturalem, & non
 exiguum cum Hippocrate, & Galeno
 diceimus, aut cum quibusdam serosarum
 substantiarum citam dissipationem su-
 spicabimur, vel cum nonnullis aliis, ho-
 stilem, & cerebram cordis irriuationem
 supponemus, hac opinia cum sint mou-
 tus sanguinis intestini præternaturalis,
 & excedentis propriæ prædilectiones; hic
 solus motus febri efflentiam tribuit, &
 naturam præmonstrat. Quapropter cum
 Aqua ob frigus, quietem humoribus in-
 motum actis, tribuere possit, & humidis-
 tates, quæ in Hujus motus productione
 resolvit solent, quadanterus supplere &
 quemadmodum etiam massam sanguinis
 diluendo, & dulcando, prohibere, ne eoz
 ab humorum acriorum stimulis fortius
 irritetur, aque poterit eidem febri pro-
 convenienti remedio esse.

Et quantum ad calorem spestat, di-
 co, hunc non posse pro essentia febris ac-
 cipi,

cipi, sed quod non semper eidem succedit, et si quandoque illi supervenire videatur, tanquam accidens illam consequitur, eum ab eadem alienari, seunque possit: & dato quod a febre calor non removeretur; quoniam si exteriora interdum frigent, interiora uruntur, nec tamen meo videri calor febris essentia dici poterit, cum aliunde provenit ille sensus, quem calorem dicimus, nempe a motu, qui corpori animato ideam illius imprimit, non autem, re, aliud quidpiam esse designat, ut optimie ad rem nostram verbis amplectens hanc opinionem Thomas Cornel. in Progymn. 4. de Sole sic notavit. Nos autem ad explicandam caloris originem, ea omnia assunda putamus, quae sunt a Platone in Theæteto per Socratis personam disputata, scilicet calorem (ut, & plerunque eorum, quæ sensu percipiuntur) haud quaquam esse ex se tale quicquam, quale nobis videtur, neque etiam esse aliquid extra tangentis corpus, aut in ipso tangente, sed fieri ex appulsi ejus rei, quæ calida dicitur ad manum, aliudve membrum, in qua-

tāngēndi vis inest. Rursus id omne, quod sensum afficit, motum esse, & præter motum, nihil; motum autem in eo, quod sentitur habere agentis rationem, at in eo quod sentit, patientis: denique agens, & patiens utraque mota, calorem sensumque omnem mutuo congressu efficere. Igitur, et si febris per calorem aliquando manifestatur, quamvis hujusmodi sensus a motu non dependet, (ut etiam Carthesio placuit) quia tamen in ipso motu percipitur, nec poterit ipsa febris sine aliquo motu incongruo particularum sanguinis concipi, atque explicari, qui eidem tribuit essentiam, & formalitatem designat.

Et quanquam humiditates in febribus a sanguine separari videantur, nec tamen hujusmodi segregatio febrem ipsam delineare posset; siquidem hic effectus febris est, non autem causa, cum non nisi per motum dejiciuntur, dissipanturque aquositates. Sive enim resolvantur, sive alibi abigantur, nisi prius fortiter agitentur, absunt non possunt.

Quid mirum ergo, si ob motum intestinum

num præternaturalem ipsius sanguinis, humidis substantiis distractis, cor molestius irritetur, & ad febricitandum hominem cogat? Abeuntibus enim per motum aquositatibus, salia, quæ in sanguine redundant, & sulphura, quæ illum circumfluunt, vi motus aquæ effervescentia, magis solvuntur, & majorem acrimoniam acquirentes, non modo cor ipsum ad frequentiores pulsationes incitabunt, verum etiam quascunque alias corporis partes, ad quas perveniunt, ulteriori instigatione pervertent.

Id autem similiter arguere poteris ab his, quæ febrem ipsam comitantur, consequuntur, & eliminare possunt. Porro quid aliud significant tot pulsuum celeritates, ac frequentiaz; quam ob sanguinem in motum fermentativum præternaturalem actum, citiores cordis irritationes? Quid tot colorum mutationes, vel vaporum instantaneæ perceptiones; quam liquorum disparium indebitos occursum, & altercationes? Quid caloris, & frigoris vicissitudines; quam succum nimias dilations, vel compressio-

nes? Quid sudores, æstus, & jactationes; quæm nostrarum fluidarum substantiarum nimias fluctuationes, vel dissipations? Quid tot humorum subitanei raptus, crises, vel abscessus; quæm hæc quorum agitatorum terminos definire? Quid vigilæ, deliria, & convulsiones; quæm spirituosalium substantiarum tumultus, & perturbationes? Quid partium flammæ, dolores, & ingentes pulsationes; quæm humorum rapidorum haud potentium suos cursus prosequi ob aliquod impedimentum, impetus fortiores? Et tandem si ad ipsam curantiam febris, attento animo tuas subtilissimas speculationes convertes, hæc si a bona Methodo derivata fuerit, semper motionibus incongruis sanguinis ex adverso esse, invenies, plus tamen, vel minus, prout sanguinem componentes particulae, ab aliquo heterogeneo fermento tactæ, magis, vel minus motum à materia cœlesti, & subtili acquifiverint.

Et ne ab Antiquis discedere videar, quos in curandis febribus non parum sollicitos fuisse legimus, dico, quod hi quan-

Quanquam ad removendam putredinem;
 quam pro causa caloris febrilis habebant,
 intenti erant; motum tamen in præter
 naturam effervescentibus liquoribus non
 ignorantes; semper quietem; seu frigi-
 ditatem in ipsos variis modis introduce-
 te conabantur. Cibum enim tenuem, &
 humidum in principio. febricitantibus
 offerebant; quem debilem, & frigidum
 existimabant; ob parvitatem alimoniaz,
 ut legitur apud Hippocratem in lib. 6.
 epidem. sect. 4. *Debiles vidus frigidi, ro-
 bustiores vero calidi.* Debiles quidem,
 quia expertes sunt substantiaz, frigidi
 quoquomodo dicuntur, quum privatione
 pabuli, corpus sicuti debile, ita frigi-
 dum etiam reddunt, ac proinde idem in
 sect. 5. ejusdem libri brevem vitam etiam
 habere dixit. *Debiliores cibi brevem vi-
 tam habent,* edquod facillime transseunt,
 & minus commutationi resistunt. Cibus
 autem subsistens, quoniam substantias
 pleno vehiculo sefit, calorem foveat,
 qui si aliquando adaugeri videtur, non
 modo flaminam sustentare, verum etiam
 accrescere potest. Præterquam, quod φ-

missis flammpa in principio, quia debilis esse solet, sola pabuli subductione quandoque extinguitur. Ptissam proinde exhibebant semel in die, & in pauca quantitate, quam frigidam, & humidam dicebant, calori resistenter, conctioni minus tenitentem; & ad descensum magis proclivem, ut habetur ex Galeno in lib. 8. methodi cap. 7. Conveniet profecto huic, & ut frigidum humidumque quodam modo nutrimentum exhibeas, ubi corpus tum calidius, tum siccius est redditum. Quare comodissimus huic est Ptissanæ tremor adunquem coctus, in quo nullum sit superfluum condimentum, utpote qui, & refrigerare, & humectare, ac sine siti, servare hominem potest. Humiditates enim in febrium principio, cum non multum deficere solent, abundant in usu haberi; interdicebant, ne flamina quia debilis subito opprimetur; & hanc methodum servando, vires custodiebant, ac humores manus flagrantes in principio reddere studebant. Si autem hujusmodi tenui victus, febrem haud extiagui intuebantur, & cor-

pus

pus a multitudine pravorum humorum
gravari prospiciebant, convenienti phar-
maco, scilicet non multum calido, siue
nimis irritante, exonerari diligentiam
adhibebant, ut apud eundem Galenum
in lib. II. meth. cap. 10.

Progrediente autem febre, si signa ca-
toris, & siccitatis majora amplioraque
fieri coimas inspiciebant, modo ante
forbitionem Ptissanæ, Aquam mulfam,
vel Vinum propinare in more habebant,
modo etiam aliquas frigidas potiones
hauriri jus faciebant, in statu tamen ac-
cessionis febrilis, & in mediocri quan-
titate, ne coctiones nimiis frigidis hu-
miditatibus perverterentur.

Sub hac igitur dieta detinebant ægra-
ntes, donec os madesceret, febris, vel
morbus mitesceret. Quum autem fineim
non assequebantur, & febris cum calo-
re excedenti, magna siti, & linguz ariditate
adaugeri videbatur, transactis
quibusdam a principio diebus, ad Aquam
frigidam, tanquam ad sacram anchoram
confugiebant. Sanguinis autem missio-
nem hunc premittebant, cum siue salius
mox

fan-

Sanguinis effervescens pabulum superficiuum removeretur, & non cum ulteriori dieta totius corporis vires enervarentur; tum ut Aqua frigida, detracta aliquali sanguinis quantitate, in restinguendo fervore minorent resistentiam inveniret.

Porrò sic consueverant, qui ante nos fuerunt, plerunque magnas febres removere, & potissimum quæ non mediocremflammam invehere susceperant. Nos autem posteri, quibus D. O. M. permisit ab iisdem primum lac sugere, eoque nutriti, aqua meritis, ne quidquam honoris, & existimationis nostris primis Magistris & Praeceptoribus detrahamus. His enim procul dubio fuerunt, qui Aquæ frigidæ in medendis febribus præcipue invencionem dederunt, usum reliquedunt, & experiens decorarunt. Et quamquam id, quo modo fieri poterat ad similitudinem veri, vel secundum nostra ideas, modumque intelligendi non significassent, veneracione tamen digni sunt, sicut semper extiterunt, scilicet quia alta Sapientia memoria seculorum

lorum omnium fuerunt affecti, tum quia magna, fructuosaque beneficia hominibus contulisse visi sunt, quibus, ut verbis Divi Thomae Aquinatis utar, Altissimo placuit profuisse, ne mens humana stulte vagaretur. Medicina namque, non ab idea, vel systemate orta est, cum omnis tempore hujusmodi manca, & defectuosa fuerant, & in Arte medica sicut experimentum semper periculo plenum fuit, ita & judicium quoque difficile.

Nequid id Te fugere credam, Vir sapientissime antiquorum animis hanc opinionem olim insitam fuisse; dum habemus a p[ro]p[ter]e Hippocratem in lib. 4. de morbis popul. num. 30. In febribus acutis fiticulosis a Metticeis potu interdidi, aut etiam a se ipsis abstinentes, multum sibi bibere posse videantur; his Aqua frigida data, ut revomanter, prodest. Et in lib. 3. de morbis text. 29. significando utilitates, quæ ab Aqua frigida proveniebant sic ait: Frigefactorias potionis in febribus acutib[us], quando coles, bibendus dato, sunt adferre multarum operationum. Alia enim missa annis inveniuntur; His eti[am] ei genitio-

*stionem; Alio utrumque præstant; Alio
neutrum. Alio solum frigefaciunt; ver-
luti si quis in vas Aquæ ferventis frigi-
dam Aquam infundat; aut ipsum vas ad
frigidum ventum exponat.*

- Hippocratem sequutus est Pergame-
nus Galenus; qui tantam in Aquæ fri-
gidæ potu spem collocare visus fuit, pro-
febribus ardentibus extinguendis, ut has,
hocce solo remedio, & sanguinis mi-
sione usque ad animi deliquium traetan-
das fore existimabat. Sic enim loqueba-
tur in lib. 9. meth. cap. 5. *Maxima autem
continentium febrium remedia hæc duo
sunt; scilicet detractionis sanguinis, & Po-
tio frigidæ. Et de his rationes abunde
præbuit, tam in hoc capitulo, quam in
his libris acutorum, de arte curativa ad
Glauconem, de causis procatarcticis,
& alibi. His quoque se adjunxit Ayicen-
da, qui in lib. 4. sui operis sen. 1. tract. 2.
cap. 7. usque dum corpus tremat, aut
viridem colorem acquirat, in ardentibus
permittendam esse, ordinavit. Sic enim
scripsit. Et quandoque dat in potu Me-
dicus de Aqua frigida infimo quantita-
tem*

*tēs plurimam, adeo donec color ejus fiat
viridis, & tremat. Immo Aetius Te-
trab. 2. cap. 89. serm. 1., etiam febre ly-
pīria correptis consulebat. Laudavit
tandem & Cornelius Celsus, qui in lib.
3. cap. 7. ait. Sed ipsa Aqua tantum ad
satietatem data, pro remedio est.*

*Quis ergo in praesentiarum ex nostris
gloriabitur, sibi talem remedii inventio-
nem deberet? Rancidam enim, quia exis-
timarunt quamplurimi eorum doctrinā,
illorum libros tanquam mortuos
sepelierunt in pulvere. Quis enim Per-
gameni? Quis Hippocratis Coi volu-
mina per voluntavit? Solent enim qui-
dam nostri temporis Medici, novis adin-
ventis veluti philosophandi modis, ali-
quibus licet perpolitis verbis, animum
captando forsitan ultra corticem non phi-
losophantium, Sapientissimis quibus-
dam æquipari, & sic ostentari rerum,
arcanorumque omnium naturæ, princi-
pes, & inventores; quia tamen veritas
uniica est, atque æternæ, cuicunque lo-
tus dabitur, illam sub quocunque fistu-
mate, & undequaque absconditam adini-
venire.*

veare. Philosophia enim ad invenien-
dum verum est instituta, quod variis
modis à pluribus fontibus hauriri potest.
Et licet quamplurima ab antiquis inven-
ta, ob non conformem (ut aliqui opi-
nantur) explicandi modum, minus con-
sentanea ad præsens esse videntur; omne
id tamen, quod natura, & experientia
demonstrat, sequi, & imitari debemus,
etiam si rationes altius penetrare non
possimus. Sed quid plura, pergamus
ad alia.

Medelam igitur affert Aqua frigida
in magnis febribus, & præfertim in ar-
dentibus, liquorum moderando motum
nimis effervescentiæ, & insimul solidis
etiam virtutem largitur, ut restituat
ad pristinam conformitatem, possint
tandem suā officia complere.

 Moderat mehercule sanguinis præter
naturalem fervorem, eidem præbendo
consistentiam: nam quum frigus firmi-
tatem promovet, ne amplius relaxetur
cruor, efficit, atque in cancellis suæ fir-
mitudinis circumscribens, minus luxu-
riantem reddit; quod demonstrari po-
test

est variis exemplis. Et primum Alembici, in quo si liquores nimis rarefacti ascendunt, Aqua frigida capitello super affusa comprimuntur. Secundo sudorum, quos si summus astus promovet, magnum frigus cohibet. Et tandem quicunque alii liquores in igne latam effervescentiam promovere suescunt, frigiditate introductory; subito reduci conspiciuntur. Quid mirum igitur, si tranquillitatem quandoque Aqua frigida præter modum tumultuantibus humoribus trahuit, & effrenis, solutisque redditis statibilitatem? Quietem enim inferre valens, quoscunque motus indebitæ effervescentiae refranat, & intra canarium limites extra luxuriam coercendo, illorum fervores extinguit, vel saltem moderat.

Commoda etiam solidarum partium Aqua frigida tuerit in febribus, quin non solum obstat, quominus ab effervescentibus liquoribus inficiari possint, verum etiam si ab iisdem corrupti aliquando videntur, sua virtute reducit. Siquidem, humores ab incaptis exundatio-

tionibus sua adscititia frigiditate avertens, vascula sanguinem vehentia minus explicari facit, immo suis pressionibus praesidens, cruentem in motum circularem ulterius promovet. Fluxiores deinde humores reddens, solidorum diametris, pro excipiendis illorum exuperrantiis majorem aptitudinem largitur; etenim si ab his premi videntur, minori pernicie illorum infesta incitamenta sustinent. Humiditates etiam praestat, quæ flexibilitates in solidis sustentant, & tandem calorem immodicum compescendo, sive motum, plusquam natura exigit, effervescentium liquorum ad exigentiam reducens, partium dissolutiōne cohabet.

Mutata vero solida si fuerint, non semel integrè restituit; nam si rigida facta erint, remitti finit. Si dolore premanunt, mulcet. Si nimis pervia ob humorum stimulus, concludit; & si que oportet, aliquando aditus pervios reddens, ab omni onere levat. Ceterum cum solida, & liquida mutuo amplexu fruantur, utraque Aque frigidæ benefi-

neficio, à vitiis, quæ contraxerant, emergunt.

Haud tamen inficias iturus sum, interdum adinveniri posse quamplurima alia remedia, non inferioris ordinis, febribus etiamnum proficia, & salutaria, quæ non actuali frigiditate, abundante humiditate, easdem eliminant, atque disperdunt; sed alia virtute sanguinem à nimio fervore abstrahunt; scilicet, vel nimia aciditate, ut est succus citrii, limonum, mali punici. Quemadmodum etiam spiritus vitreoli, salis, sulphuris, nitri &c., de quibus ut ait Mundererus in lib. de Pestilentia; *Nulla est putredo, cuius vires non frangant; nulla infectio, quam non superent, nullæ humorum depravatio, quam ista non subeant; sanè, ut liberè loquar, si mibi vitreolatorum medicamentorum usus inhiberetur, ad pestis curationem, nunquam, vel saltē inermis accederem.* Aut concentratione, uti sunt absorbentia, & testacea, sc. Bolus Armenia, Terra sigillata, Crystallum minerale, Corallia, Margaritæ, cæterique lapides prætiosi,

C

quæ

quæ sua stabilitate, humores à nimia dissolutione tacentur. Attamen quia humiditates oculis distrahi solent in febrium incrementis, quas non possunt isthac remedia, suppeditare, non omni tempore, experiri possunt. Proficiunt quidem in principio magnarum febrium, cum impediant flammam ad summum abiendi, dum autem humores diutius effervuerint, & congruis humiditatibus orbati erint, non nisi ab Aqua frigida plerunque reduci posse, videntur.

Præterea supra recensita remedia capsam non eliminant, quia foras trahere, dum opus est, non satis valent. Aqua tamen frigida, quia undequaque fluit, impetuosæ effervescentiæ fræno est; atque humores putridos, postquam ad bonam frugem reduxerit, ob abundantes humiditates, extra etiam asportat.

Febres enim omnes, vel lento modo procedunt, & sanguinis particulæ, licet disformes, cum sensim agitantur, calorem etiam minus vulgatum reddunt, sicut patet in fimo putrescente, qui paulatim dissolvitur, & concalescit minus.

Sæpe

Sepe autem incrementum capiunt, sive primis explicantur, dum, quæ in consor-tium eruor rapuit, iniqua fermenta maxi-mo impetu movet; & à se urgentiori modo propulsat. Non enim bona ratio-ne, hujusmodi sanguinis dispares præ-ternaturales motus, sive indebiti fervores, similiter modo retardare, sive com-pe-scere convenit: nam in primo casu tar-dio moderamine uti oportet, ne ob ni-niam frigiditatem, humores magis lenti-fient, & ob ruitione spirituosatum sub-stantiam extinguat etiam virtus na-turalis. In secundo autem celeriori, ne forsitan ob funtem motum dissipetur omnis eruor. Quapropter cum in magnis fe-bribus, & precipue in ardentibus, ob non mediocrem motum dissipativum, sanguinis, calor febrilis expeditius, at-que hostilias se manifestet, aut si frau-dolenter, ut in quibusdam algidis, ve-lut carbo ignitus, cineribus coopertus, intenius urat; valentiori proinde reme-dio egent, ut removeri possint. Et quod remedium utilius esse poterit, quam, quod summa quietem iavehit, sangu-

(36)

nem ad debitam temperiem vocat, & humiditates restaurat? Aqua igitur frigida, quia hac virtute potitur, ipsa sola, quandoque similium febrium medicina potentissima esse potest: nam calori, & siccitatibus subvenit, cum motum intestinum sanguinis indebitum summoveat, & humiditates abunde disperditas, aliquo modo resarciat. Tanti enim erat apud veteres Aquæ frigidæ consuetudo in febribus, ut etiam apud Poetas, morem invaluisse legimus, Amorem, quem per febrem animi effingebant, apud fontes, pictura, non semel exprimere; ut omnis ignis libidinis, in Aquis frigidis extingueretur.

Τις γλύφας, τον ἔρωτα, οὐδέ κρίνησιν ἔθιμον
Οἰόμενος πάντεσσι τὸ τοπῖρον ὑδάτι.

Omne opus videtur conficere: Aqua frigida in febribus, si rite ex methodo administrata fuerit; nam vices omnium medicamentorum gerens omnes indicationes complet. ALTERAT enim, quod est mutatum. EVACUAT quod est inutile, & tandem SUPPLET DEFECTUS eorum, quæ deficiunt.

Et

Et quod Aqua frigida re vera ALTERAT, inde deducitur, quia alteros facit HUMORES, SPIRITUS, & CONTINENTES PARTES. Alterat quidem HUMORES : nam cum primum stomachum ingreditur, undecunque in ipsum iidem confluere videntur, suarum virtutum primordia retegit ; mutando scilicet eorum naturas, & mores. Naturas quidem, eoque in minima solvit, & aliena figura imbuit. Mores autem, quia ab illis hostilitates aufert ; etenim si fermentationes molestas cum sensu caloris, & ardoris produixerint, coercendo, compescit. Si anxietates proximoerint, illorum exitum expedit. Si acres fuerint, dulcorem afferendo, restituit. Si crassi erunt, quandoque diluit. Si dolorem parturiverint, pacatos facit. Si vomitus excitaverint, eorum stimulans disperdens, reducit. Et tandem, si fluxus alui concitaverint ob irritationes; praeteritam culpam, rediendo, cohabet.

Cum vero sanguinem subiverit, propter affluentem humiditatem, eundem

perluit, atque omnibus impuritatibus exuit. Salium enim iniquas congeininationes disjungit, sulphurumque frangit, & fluctibus jactans, cum huc illuc excurrat, omnia corporis penetralia invadit; à quibus cum regreditur, quidquid impurum invenit, absorbendo, per loca convenientia, foras asportat.

Ob frigiditatem enīm, excedentem calorem febrilem refrānat, quām obstatibilitatem, quam invehit, finem supervacanet rarefactioni imponit. Ignis quidem febrilis, pabulo convenienti indiget, ut explicari possit; quapropter cum humores, qui febrem promoverant, &flammam procreaverant, Aquæ frigidæ potu, aliquo pacto irretiantur, inepti deinde evadunt ad flammatam febrilem ultra dilatandam, & sustentandam. Alterat quidem Aqua frigida s̄epissime principia constitutiva febris, nam per frigiditatem, & humiditatem, motui effervescivo sanguinis incongruo, obsistens, & siccitatibus obstans, illa minus nocua, & iusta reddi videntur. Liquum enim, cum igni ad comburendum de-

destinatur, si viride fuerit, ob particula-
rum suarum nimiam firmitatem, flam-
ma alendæ, & dilatandæ, minus aptum
evadit, nec tam cito consumitur, do-
nec inducto motu citationi ab igne vici-
no, ejus particulæ relaxentur, & humi-
ditates resolvantur, & sic motum flam-
mae obsequens, suæ agitationi obediens,
redditur. Flamma igitur febrilis semper
ultra dilatatur, si pabulum, quod fo-
vet, non implicatur; neque ignis vici-
nus, nempe fermenta febrilia, quæ san-
guinem in effervescentiam præternatu-
ralem concitaverant, ulterius flamمام
provehere possunt, si Aqua frigida, ex
methodo usuveniet; cum etiam si ab ex-
tra fuerint, invadendo alterat, & inti-
ma sui permistione, invertit.

SPIRITUS etiam si impense commo-
ti fuerint, alterando, ad quietem revo-
cat. Quippe spiritus animales, qui prius
afferti, & elasticè facti fuerant, ac intra
proprias emanationis sedes, vix contine-
ri potuerant, immo tumultuantes, phan-
taasma mille, & sæpe hortenda excita-
verant, à potu Aquæ frigidæ, etiam ve-

luti alteri fieri videntur, ob emendationes liquorum, à quibus eliciuntur, & moderari solent. Hujusmodi enim semper exercitia sanguinis prosequuntur, qui sicuti summopere effervescent, illos in motus inordinatos cogit, ita si usū Aquæ frigidæ aliquando ab æstu receferit, ipsi quoque à concito motu desistunt; & tranquillitatem adepti, phantasmata distrahunt, deliria arcent, somnum conciliant, dolores avertunt, & coctiones perficiunt.

Et tandem CONTINENTES PARTES etiam à potu Aquæ frigidæ congruam alterationem subeunt: nam quæ prius recrementa febrilia, intercludebant, productione traducunt. Sanguini vigorem præbent, cum repurgando emendent. Cursum sanguinis redintegrant, quia nova pressione ditantur. Coctiones inchoant, quia minus distrahuntur. Et tandem ruiturum retinent, eoquod firmiora redduntur.

Secundò Aqua frigida EVACUAT. Et quanquam hoc, non sit Aquæ proprium, ut notat Hippocrates in libris acutor.

acutor. num. 30. *Tardientem transitus est,*
quod subfrigida, & cruda sit, & neque
dejectiones faciens, neque urinas movens;
lædit autem nonnihil, quod sine stercore
est natura. Veruntamen ab adjuncto,
dum transcendit qualitatem potus, po-
test etiam aliquando evacuationes pro-
movere; ut idem animadvertisit in lib. 3.
de morbis num. 29. *Aliæ midionem indu-*
cunt; Aliæ alui egestionem &c. In loco
enim supra citato, loquebatur de Aqua
ut potus, non autem ut medicamentum,
ut deducitur ab his, quæ in principio il-
lius textus scripsit. *Aqua autem potui*
ullum babeo opus, quod attribuam &c.

Cujus rei gerendæ ratio peti item po-
test ab his, quia DILUIT, LAXAT,
& PRÆBET MATERIAM AD EVA-
CUANDUM.

Quam maxime Aqua frigida in febribus
evacuationes movet. Primo, quia DI-
LUIT; nam multoties ob defectum hu-
midatum, quas, sanguis, ob æstum præ-
gressum distractit; quæ à coctionibus su-
perfluunt recrementa febrilia, crassiora
sunt, tardeque dimanant. Hinc cum
aliud

aliud immisceat, nempe copiosas frigidas humiditates, quæ fervorem cohibendo, hujusmodi particulas in minores redigunt, diluens efficitur, & quoquo patro etiam ad exitum disponit, juxta oraculum divini senis Hippocratis in lib.2. aph. 10. *Corpora cum quispiam purgare valuerit, oportet fluida facere.*

Secundò quia etiam LAXAT. Laxatio enim, prout nomen invehit, scribit Hermannus Boerhaavius, in suo libello de viribus medicamentorum, cap. de laxantibus; *Ejusmodi mutatio dicitur in solidis, per quam magis elongari possunt, absque ruptura, quam antea.* Et licet valeant omnes humiditates illam promovere; in febribus tamen, si frigidæ fuerint, quandoque majorem vim obtinent, quia concitatori motu distrahuntur, & avolant, in quarum deficiencia solida obstringi solent. Præterquam, quod cum in absentia humiditatum, per motum, humores etiam acriores fiant, & media irritatione, fibræ solidarum partium, quoque decurrentur; Aqua frigida, cum fervores moderet, humiditates .

ditates adjiciat, & acredines ab humoribus avertat; omnia impedimenta subtrahit, ut restituvi possint. Excrementa enim, & si dilutiora fiant, promoveri non prospiciuntur, si partes, in quibus concluduntur, debita flexione orbentur: nam fluuant potius, & exitum non instituerent. Et quanvis nonnulli hanc suppositionem in contrarium trahunt, quia, ut opinatur Galenus, frigidi est condensare, contrahere, & constringere, non autem rarefacere, & laxare; tamen cum frigiditatem acquisitam. Aqua intas sumpta non retineat, sed ab humoribus effervescentibus, alterationem suscipiat; si quadantenus liquores à motu effervescit excedenti retardat, & iisdem aliquale stabilimen invehit; non potest tamen conglaciare, & partibus solidis, sua frigiditatem summam rigiditatem afferre; siquidem humiditate etiam abundat, quæ ferocitatem amissas resarcit, & vasa cohærentia hiat, ut contentorum incursus suscipere, vel excursus permittere possint.

Firmam autem hanc conjecturam redidit

didit ingeniosissimus Galenus , qui ad
solida laxanda in febribus ardentibus ,
non solum Aquam frigidam in potu usu
habebat , verum etiam totum corpus fri-
gidis lavacris subjiciendum esse curabat .
Sic enim notat in lib. 11. methodi cap. 9.
Ergo si vires valentes fuerint , & febris
ardentissima , & coctiones evidentes , fri-
gidam homini dare audacter debebis ;
constat tamen talem hominem senem non
esse , ex quo omnes illius virtutes valentes
proposuimus . Quod si etiam bona corporis
valetudine sit , quod εὐστάχος Greci vocant ,
tum status Cæli calidus , ac siccus , etiam si
in frigidam natationem dimittas , haud
quaquam lædetur . Ejusmodi nanque oppor-
tunitate temporis usi , qui se in frigidam
conjecerunt , & protinus omnes sudarunt ,
& nonnullis eorum alvus biliosa reddidit .
Sudores enim laxatione cutis produci
solent , & alvus etiam flexione fibra-
rum contenta promovere suescit : nam
si nimis stipata fuerint , certè , quæ
concluderent , non promoverent . Ob ir-
ritationem enim , quæ excernuntur pro-
ducta febrilia ; præterquam quòd febrem
non

non summovent, partes etiam per quas
trajiciuntur, ulteriori labe contaminant,
& plerunque ex toto etiam corrumpunt.

Tertiò tandem Aqua frigida evacuationem putrescentium humorum ciere potest, quia MATERIAM AD EVACUANDUM PRÆBET. Et quidem materia, quæ excerni debet, fluidi naturam induere, opus habet; ut ab Hippocrate Galenus refert: at cum in febribus plerunque humiditates deficiant; & excernenda tardiora fiant, nisi humiditates adjicerentur, impingerentur magis, & à suis nidulis extricari non possent. Igitur quia Aqua frigida easdem supplet, & ob sui quantitatem, quasi adiuncto stimulo, ad exitum provocat, materiam simul ad evacuandum præbet. Ceterum deficeret natura in moliendis crisis, si humidis substantiis privata esset. Quos enim provocare posset sudores? quas per sedem proficuas diarrhoeas, institueret? quas per urinas criticas evacuaciones promoveret? Quod si fortasse propter acrimoniam humorum crassescientium, incoharet; e quidem perfecte non comple-

pleret, ut narrat Hippocrates in lib. 2. epidem. sect. 2. nam quosdam dysentericos factos fuisse scribit; aliis parotides apparuisse, & nonnullis ardores urinæ advenisse; & hoc non ob aliam causam, nisi quia febris ardens, & maligna prægressa erat, & excrementa ob humiditatem absumptiones, aliquo modo crassa reddita fuerant.

Confert ad extremum Aqua frigida in febribus, quia SUPPLET DEFECTUS hoc est Humiditates, Calorem, ut Vir-
res.

Humiditates quidem, quia si febre prægrandi aliquis coripi videatur, sanguinis partes, quibus corpus nutriti oportet, multoties agitantur, vel plusquam usus fert, aut corporis habitudo exigit. Ideo inter illas partes, quibus inhærente, vel quas nutrire necesse est, confundunt nequeunt; sed in sudores, vel vapores sub sensu non cadentes solutes dissipantur. Hinc corporas sensim extenuari, & consumi prospicitur, eo modo, quo plantæ exiccari solent, cum maximis caloribus succus terrestris, qui non nutri-

re

se debet , aperte occultos ipsorum meatus evolat . Dum autem liquores ferventes in corpus frigidum , nempe in Aquam frigidam immerguntur ; tunc in vapores amplius non fluunt , cum quia cessante motu , manca sit rarefactio , tum quia pori cutis strictiores facti , iisdem aditus ampliores , non redduant .

Supplet etiam Calorem , & Vires . Et quanquam hoc non sit eidem præcipuum ; cum semper ob frigus quietem invehat , & quia nutrimentum non affert , vires non sustentet . Plerunque tamen utrumque præstat , ex accidenti , cum dissolutionibus obstat , quæ vires resolvunt , & corpus calore orbari sinunt . Sanguis enim sæpe liquatur , ac virtute , & calore , corpus depauperatum reddit ; At quia Aqua frigida à liquatione aliquo modo abstrahit , virtutes tuetur , & calorem sustentari permittit .

Non deficiunt tamen , Vir Sapientissime , quamplurimi , qui ut singulares fiant ; quemadmodum non defuerunt prius quidam doctissimi viri , qui ad omnes morbos Aquam frigidam , utilem esse recen-

censerant, ita ad hæc nostra tempora alii, qui omnino pernicioſam existimant; vel faltem inſructuoſam eſſe determinant.

Pernicioſam quidem, quia multi viſi ſunt febricitantes, ut notat etiam Galenus in lib. 10. meth. cap. 5., quibus Aqua frigida, haud potens aperire vias exitus, ventre niſis inflato, & tumefacto, obire. Nonnulli alii ex ulteriori ejus uſu, non multo interpoſito tempore, diſſicul- tate ſpirandi, tremore, & convuſione corripi. Non pauci refrigerati perire, & tandem plerique alii, multis incommo- dis affici, quæ vel removere non potue- runt, aut non niſi longo tempore ſupe- rare.

Inſructuoſam denique, quia loco Aqua frigidæ, Aqua noſtra uſuali, uti poſſumus, vel Aquis ſtillatitiis ex herbis refrigerantibus, emuſionibus ex ſemi- nibus frigidis, julapiis, brodiis &c., cum ſic febri, & morbo reſiſtere etiam valere- mus, & vires quoque ſecuriori tutamine conſervare. Ad quod probandum, mu- tas rationes afferunt, & quamplurimas etiam

etiam sapientissimorum Virorum doctrinas in medium adducunt.

Et primò , quia summa frigiditas conções retardat , & sanguinem à debito motu fermentativo distrahit , quo mediante nutrimentum perficit , & excrementa , quæ redundant , secundum naturæ exigentiam , foras producit .

Secundò , quia frigus excedens , corpus minus transpirabile facit . Multa enim inquinamenta per cutim à natura demandari solent , quæ , vel morbum aliquando resolvunt , vel minus durabili efficiunt .

Tertiò , quia vires frangit , cum omnis virtus in sanguine à motu proveniat , quem summum frigus retardare potest .

Quartò , quia Aqua frigida humores aliquantulum crassescere facit , qui ob lentorem , quem consequuntur , canalia minus idonea reddunt , ut superfluitates transmittere possint ; adeoque illa strictè cum has concluderent , pro semino novi morbi , vel pro febris prorogatione complectentur .

Inter authoritates autem , quas affe-

D runt .

ruit, prima est Galeni, eruta à lib. 3.
 de symptomat. causis cap. 3., in quo sic
 habet. *Ubicunque autem frigidum, sive*
cum siccitate conjunctum sit, sive cum hu-
miditate, tum imbecillus est, tum tor-
poriferum. Et paulo inferius. *Quod ve-*
rd ad paucos, quis dirigat scapos, in
summa, rem totam distinguam; calor adau-
gus, valentius alterat, modo tamen non
qd incrementi perveniat, ut jam colli-
quet, tum namque ad omnia est inutilis,
frigus vero nulli functioni est usu. Se-
 cunda est Avicennæ, qui in lib. i. sui
 operis sen. i. doctrina 6. cap. 3. sic notat.
Quod enim frigiditati inest essentialiter,
est, ut omnibus virtutibus sit contraria,
quoniam omnium virtutum operationes per-
*motum existunt. Immo subtus. Et frigi-*ditas quidem est paralyticum faciens, &*
mortificans; & ab omnibus prohibens ope-
rationibus. Ex quibus rationibus, & do-
ctrinijs deducunt, Aquam ob suam frigi-
ditatem, corpori nostro semper obesse,
non modo si sanitate fruatur, quin etiam
si morbosum aliquando redditum fuerit.
Verum enim vero, tametsi hæc argu-
*men-**

menta probant, rationes evinciunt, & authoritates premunt; nihil tamen contra meam suppositionem invehere posse, mihi videntur; cum finis praesentis mei instituti sit, afferre adversus Te, periodicas valde prementes, Aquam frigidam, aliquibus febribus, vel morbis dumtaxat, auxilio esse; haud quamquam tamen omnibus febribus, vel affectionibus subsidio ventre; hinc, ut debitum resolutionis argumentorum persolvam.

Dico primò. Perniciosa plerunque non esse, quia errata, quæ referunt, non sunt artis præstantissimæ culpæ; sed fortasse alicujus Medici imperiti defectus, vel ægrotantium intempestivæ haurientiæ Aquam frigidam, cupiditates, aut adstantium, vel amicorum anticipatae quædam reflexiones, quæ artis methodum, non parum invertunt.

Neque etiam infructuosa mihi videatur; eo quod Aquæ nostra usualis sapientissime satis superque non est ad magnas febres moderandas, vel removendas; nec Aquæ stillatitiae sufficiunt, aut expressiones ex seminib; frigidis, pares esse

se solent, sive julapia refrigerantia semper febrem, vel morbum eliminant; at tandem bródia salutis commoda, omni tempore tueri possunt; quoniam, et si humiditates adjiciunt, illas quidem haud tam penetrabiles faciunt; cùm quia deficiunt à debita quantitate; tum quia crassioris sunt substanzie, nec congruam quietem, quā febris indiget, humoribus nimis effervescentibus, sive in motum fermentativum præternaturalem, actis, inferre potestatem habent.

Coctiones enim, Aqua frigida non retardat, si ex methódo, quantum febris, vel morbus exigit, permittetur, cum hæ depravari soleant, præcipue in febribus, ob excessum caloris, sive motus aquæ effervescentiæ; perverterentur ædepol, aucto usu Aquæ frigidæ in febribus, coctiones, si sanguis magnamflammam, vel tantum motum non conciperet, suaque humiditates abunde non distraheret; quia principia activa destituta omni motu, in nimiis frigidis humiditatibus, obruerentur. Sanguini enim nimis effervescenti occurrens, non nisi ad moderationem

tionem reducere possit, ex cuius aequilibrio, corporis omnes actiones, perfici potius, quam corrumpi videntur.

Corpus item haud minus transpirabile reddit, cum sudores etiam frequenter promoveat, qui febrem extingunt, ob evacuationem eorum, quæ cruentum in motum effervescentium præternaturalem concitaverant: nam humores febribus, pleni frigida humiditate, cum diffuentes, & dilutiores fiant, cutim etiam laxare possunt, & perviam reddere, ut significavit Galenus in loco supra citato.

Ad hoc autem, ut cutis obligari possit, & minus transpirabilis fieri, non sufficit quandoque Aquæ frigidæ moderatus potus, sed semper debet modum excedere, in frigiditate, & usu, ut patet in his, qui sudoribus colliquativis subjiciuntur, quibus semper majori frigiditate occurrimus, & ultra modum Aquam frigidam permittimus; immo etiam sèpissime, ut securiorem finem a sequamur, hujusmodi febricitantibus, corpus nudamus, flabellis auram frigi-

D 3 dam

dam injicimus, Aquam frigidam in corpus inspergimus, vel multa nive quan-
doque tegimus; alioquin si frigiditas im-
pensè non superaret resistantiam motus,
utique cutis laxari posset, & sudores
non removentur.

Vires etiam non subtrahit, quia ni-
mias effervescentias cohibet, quæ vir-
tutes resolvunt, & corpus debile efficiunt.
Et quanquam omnis perfectio à motu
habeatur, Aqua frigida autem, cum non
omnem motum extinguat, sed tantum
fermentativum excedentem, in quo essen-
tia febris reponitur, retardet, vires etiam,
licet ex accidenti, vicissim muniet.

Nec tandem humores crassitie reple-
ret, minusque diffuentes faceret: nam
tunc verè incrudesceret, quando ul-
tra debitum permitteretur; at si ex me-
thodo exhibeat, & congrua quantitas
concedatur, motui destructivo objicitur,
& exigito præsto esse videtur. Igitur si
motus congruus coctiones adjuvat, &
calor conveniens humores digerit, cum
Aqua frigida data in magnis febribus ad
indigentiam,flammam ultra dilatam,
con-

coerceat, & non extinguat, liquores acquirendo motum debitum, & exiguitum, ut coqui, ac separari possint, aptorem dispositionem contrahunt.

Authoritates enim Galeni, & Avicenna, nihil contra nostram suppositionem invehunt; cum hi loquuti fuerint de frigiditate per se, & non ex accidenti. Frigus enim excedens, per se, omni tempore molestiam infert, quia semper actiones vitales corrumpit, & non restaurat; confert tamen ex accidenti in febribus, quia minuendo excessum motus effervescentium præternaturam liquorum, corpus ad debitam temperiem, sine partium offensione restituit, ut optime ad rem nostram idem Avicenna loco citato, dicit. *Frigiditas vera est, quam aliquis earam servit accidentaliter, & non essentialiter.* Majori tamen verborum amplitudine declarat hoc ipsum doctissimus Franciscus Vallesius in lib. 5. sua rum controversiarum cap. 11. ubi. *Frigus ad actiones omnes viventium corporum, ex accidenti concurrere, non inquam quantum frigus sit, sed quod calorem aporteat*

esse ita temperatum, quod citra tantum
frigus fieri non potest; at qui eodem modo
concurrit frigus ad animalium generatio-
nem, & ad facultatum conservationem,
& ad actiones, ad omnia nempe ex acci-
denti: nam ad hæc omnia necessarium est
frigus, propter caloris temperationem; ita
ut, si citra frigus omne, posset calor esse,
hoc, vel illo modo remissus, nullum frigus
esset futurum utile. Corpus enim frigi-
dum, hoc est quietem inferre valens, si
corpori calido, scilicet motum promo-
vere apto, se appropinquaverit, licet
illud aliquo modo immutat, non potest
tamen ex toto corrumpere, quia, ut supra
diximus, unum propter aliud alteratio-
nem patitur. Quapropter, cum in magnis
febris, calor, sive motus effervescenti-
um liquorum, semper consuetudinem
excedat, licet frigido actuali, nempe
Aqua frigida aliquando occurrimus, quia
tamen ob resistentiam, quam intus inven-
nit, non potest omnem suam virtutem
dilatare, quin potius illam continere,
sicut motum superfluum liquorum re-
movere apta fit; ita debitum, & exi-
gitum

gitum iisdem restituere, potestate valet, ac per consequens, si ex methodo permittatur, nunquam propter frigiditatem in febribus officere posse videtur.

Verum enim verò quanquam Aqua frigida, quamplurimos febricitantes non semel à faucibus orci eripuisse visa fuit; quia tamen non pauci etiam hocce præficio usi, ad exitum vita vocati fuere, non defunt proinde in præsentiarum quidam alii, qui securiorem viam incedere cupientes, ad Aquam calidam potius curam adhibent; & eidem omnem fidem præstantes, loco Aquæ frigidæ aquæ substitui posse arbitrantur. Nam præterquam quod etiam alterat, evacuationes citas facit, & defectus supplet, multis aliis morbis occurrit, qui febribus complicati, Aquam frigidam omnino renuunt. Siquidem affectibus pectoris propicit; abscessibus medetur; ulcera rectificat; cruditates maturat, calori naturali non obstat, quo minus sua munia explere possit; & tandem nos exortes periculi facit, quia si prodeesse non potest, dannata tamen graviora non infert.

Atta.

Attamen licet verum sit, quod Aqua calida pro febrium curantiis, commoda etiam instrumentis medicis fieri possit, ut in dies experientia passim demonstrat; quia tamen calida est, disparem tamen indicationem saepe numero nanciscitur; cum et si aliquibus, non omnibus tamen febribus omni tempore proficia esse solet; immo ex eo, quod diversum finem assequitur, loco Aquæ frigida substitui non posse, sicuti ratio persuadet, ita neminem inficiari posse, conjectura proprieo. Mutat enim qualitatem potus, si Aqua, calida, vel frigida fuerit, cum varia ejus actione, diversas quoque mutationes agrotantium corpora subiisse visa fuerunt. Hoc autem innovuit etiam Galeno, quem in lib.de composit.medicam. per genera, sic notatum reliquisse invemio. *Aqua in eo, quod calida, vel frigida est, contraria facere nata est*, & de his ampliorem explicationem dedit in lib.2. de simplic.medicam.facult. cap.6., ubi. *Apparet enim, & ipsam, si frigidæ applicetur, condensare, constipare, contrahere, constringereque, & repercutere,*

re, frigidi extremitate servida, aduore: at si temperatè exhibeatur, & moderatè calida, laxare, rarefacere, fundere, digerere. Non enim expedit, cruentem laxare, si nimis solutus fuerit, ut in ardentiibus, vel fusivis febribus, neque etiam condensare, si conglaciatus evaserit: nam utrisque, aut quietem, vel motum non exigitum tribuoremus. At cum de Aqua calida usū longa pariter sit disquisitio, & ex professo de illa pertractando à proposito discederem, ne orationem meam divertam, si dies mihi superfuerint, auxilio D. O. M. alibi mihi hanc rem dilucidandam deliberavi, interim si scire cupis, quid amplius Aqua calida boni, malive facit, quas Aqua frigida utilitates, vel detrimenta portendit, legere poteris. Hippocratem in libro de Humidorum usu, & Galenum in methodo, in quibus locis, qua dicta sunt, & alia meliora, invenies.

Supèrest modo, ut Aqua frigida præcipuas indicationes proponam; & quam ab his, quæ supra scripsi, summam concipere possis, à quibus febribus ma-

maxime duci possint ; ne tamen deficiens esse videar , in his , quæ à me multò studiosius efflagitasti , quia ad particularium febrium indicationes singulatim discutendas , quodam modo me compulisti , breviter adumbrabo .

Indicationes igitur Aquæ frigidæ in febribus , ab ipsa febre , quæ febris est , desumi non possunt ; cum non omnem febrem , Aqua frigida removere apta sit . Siquidem multæ febres , etiam calidis remediis distrahi solent . Et quanquam motus , quem sanguis in febre concipit , semper præternaturalis sit ; haud quanquam tamen semper excedens , & summè humiditatum distractivus esse cernitur ; eoquod cum cruditatum præsentia , quandoque etiam febrem representat . Quapropter , si Aqua fridiga summam quietem , humoribus in motum nimis effervescitivum actis infert , & humiditates , quæ disperdi solent , abundè exhibit , nonnisi à motu sanguinis extra modum fermentativo , & multùm humiditatum distractivo desumi posse , decerno .

Hujusmodi autem motus fermentativus

tivus adangius, multoties extensivus esse
suescit, aliquando vero licet minus clarus
intensivus, immo innocentior fieri videtur.
Extensivus quidem, quando sanguis ma-
gnam effervescentiam concipit, & la-
xationem, quam invehit, motu quodam
dilato promovet; & hic motus prae-
cipuus esse solet febrium continentium,
de genere ardentium, vel continuarum
periodicarum, quemadmodum etiam, &
febrium quaque intermitte, si
in statu plus aequò flagrantes fuerint;
& excitatur, quando sanguis materia sul-
phurea ad plenum turgidus, fere totus
in flamnam evexitur; atquia ignem ve-
luti dilatpm promit, cum magno calo-
re, omnes humidas substantias resolvit;
& hunc motum adeptus sanguis, Aquæ
frigidæ indicationem præbet, quia in-
sufficiens redditur, ut priusquam mode-
ratus fuerit, ejus causa removeti possit.
Non enim omnes indicationes desumi-
possunt à causa; cum ejus remotione
non semel febris adangeri videtur, &
zger maiores angustias pati, ut optime
Galenus in lib. 10. meth. cap. 1. Si intole-
rabi-

rabili ergo magniendo febris sit, committendum non est, ut per ea, quibus carissam adimimus, febrene adaugemus; semel enim arbitror, utrunque & febrem sustulerimus, & hominem.

Intensivus autem, sive minus clatus, quando sanguis motum, quem concipit, haud dilatum creat, sed obscurè traducens, liquefcendo resolvitur; & hunc motum nanciscitur per febres etiam continentes, vel continuas periodicas, aetnali moris intermitentes, dum materia sulphurea orbatus, vel postquam illius plusquam satis patrimonium devasterit, exotica salia, que in sui confortium rapuit, fluorem adeptas funduntur; quare licet flammam claram non producant, & sulphurearum particularum defectum, cruentum tamen, licet obscurè, motu intensivo diffolvendo; omnibus humiditatibus spoliante, & hujusmodi febres majorem indicationem. Aque frigidæ tribuntur, quia insimul hec sicuti cause obfistit, ita etiam febri providet; Causæ quidem occurrunt, quia fatuum connubia destruit; febri autem auxiliū

Huna praefat, cum sanguinem in motu effervestivo tardigradum, & humiditate refectum reddat. Et hanc indicacionem proposuit etiam Galenus, cum in eom. 3. lib. acutor. Hippocratis §. *Bilioſa autem hujusmodi, maxima ex parte subducuntur in febribus, qua colliquant, quibus ferme omnium adverſiflma, & nocentissima est mulsæ potio; velut & modo contrario, potio Aqua frigida juvantissima.* tum in lib. 10. methodi cap. 11. in fine, ubi. *Hæc igitur cum seias etiam colliquantium febrium, iisdem methodis curam ages, tum ad frigidam exhibendam quam primum properans, tum in his, qua bimacant, & refrigerent, nutritus.* Sive enim motu nimis effervestivo, scilicet extramodum extensivo, aut plus aquo liquativo, hoc est nimio plus intensiori agitetur sanguis, semper humiditates abunde distrahit; ac proinde, *magna* quie, & congrua humiditate indiget, ut resumi possit.

Hujusmodi autem sanguinis motus, sive hæc præcipue febres, particularibus quibusdam signis explicari solent; siquidem

dem, motus effervectivos, sive expansivos designare suescunt, non mediocris calor in extimis corporis partibus respiratio dilata, & crebra, pulsus frequentes, sed quodammodo pleni, lingua arida, rubro, vel nigro calore vestita, ingens sitis, urinæ rubicundæ, & cum his, etiam bilis flavæ quandoque dejectiones. Motus tamen intensivos, sive liquativos, ostendunt, calor ad tactum initis, ad sensum tamen ægri non parum molestus; pulsus parvi, & frequentes, lingua aspera, & sicca, alba tamen plerunque, & salsedinem præferens; atque etiam non semel, alyus, vel urinæ citior, aut constrictior, prout sudores largè dimanaverint, aut omnino suppressi fuerint; quemadmodum significarunt Hippocrates in lib. acutorum num. 34o & 35. & Galenus in eorum commentariis.

At enim, quia remedia indicata non semper ad usum ex methodo revocari possunt, ne ea, quæ coindicant, vim tribuant iis, quæ prius significata fuerunt; siquidem, quædam sunt, quæ quorundam reme-

remediorum praxim non permittunt, & quamplurima alia, quæ impensè prohibent; hinc, ut ordinem in scribendo prosequar, nonnulla, quæ Aquæ frigidæ præcipue in febribus consuetudinem vetant, notabo; ut ab his facilius coincidantia, tanquam per opposita, desumi possint.

Primum igitur, quod prohibet Aquæ frigidæ usum in febribus, est virium lapsus. Et quidem vires sunt, quæ alacritatem, & robur nostro corpori largiuntur; quæ si aliquando defecerint, omnia membra corruent, & contabesce-re videbuntur. Subtilissimas enim, ac purissimas sanguinis substantias, quæ ad vires resarcendas inserviunt, non nisi aliquo motu, natura promovet, ut stabilire possit. Hinc est, quod si in febrium decursu vires deerint; cum Aqua obfrigus, tam sanguinem indebito fervore abdiaet, quam exigito, & congruo dispoliat; vim quoque eidem subtrahit, ut in æstu, virtute orbatus, sustentari possit; quippe per se nutrire non valet, sed solùm, nutrimenti vehiculum est, quod cum ex

E sup-

suppositione mancum fit, non potest advehere; immo, quia nihil habet, quod suæ frigiditati resistere possit, ob defectum virtutis naturalis, sanguinem haud potius ad debitam quietem reduceret, sed cum ultra refrigeraret, hoc est, omnem motum ab ipso abstraheret; obruitione spirituosalium substantiarum, omnino corrumperet, & partes consueta renovatione privatæ, ocius à virtute declinarent.

Sed cum hoc signum, quod à virium jactura desumitur, sape fallax esse propiciatur, haud nos in magnis febribus ab Aquæ frigidae usu semper distrahere debet; eo quod cor suas virtutes reliquo corpori, multoties non largitur, quia illi defunt; sed quia promovere non potest, ob angustiam, quam patitur. Membra enim omnia sæpen amero extenuari solent, non quia alimentum in origine deficit, cum plerunque abundans esse videatur; sed quia à fonte, ob aliquod impedimentum, ad partes non transmittitur, ut in quarundam partium paralysi conspicitur. Hujusmodi autem debilitates, antiqui explicabant sub figura

gura oppressionis , vel summæ irritatio-
 nis , ut videre est apud Claudio Gale-
 num in lib.4. de Causis Pulsuum cap.23.
 ubi : *Causas illorum , quæcunque valde
 perspicuæ sunt memori priorum , præteri-
 bo; exponam autem obscuriores.* Cum enim
 debilitetar facultas , aut per se , puta ab
 intemperie , aut de causa aliqua exteriori
 ut , vel gravetur , vel irritetur pravè ; grá-
 vata quidem , parvum , tardum , ralum ,
 pulsus edit ; parvum , quod facultas vasa-
 fit ; tardum cum ob hoc , tunc ob usum dis-
 solutum . Frigidi sunt enim , qui facilita-
 tem onerant affectus ; itaque rarus quoque
 est : nam dissoluto usu , talem ostendimus
 pulsus gigni . At ex irritantibus dumta-
 xat , & molestantibus facultatem affecti-
 bus , parvus etiam fit , & languidus , ob
 affectionem facultatis ; & creber , quod
 languidus fit , nonnangidam aliquanto ve-
 lerior est . Quomodo scilicet nos etiam ,
 ubi inibecilliores sumus ; à necessitate
 quapiam campellamur ; plurimum quidem
 pedibus progredi nequimus , sed quoad
 possimus , progressum nostram magis con-
 citamus . Ad eundem modum facultas ,

quæ arterias movet, ubi ad motum adi-
ga. ur ab usu, & sit imbecilla, non pote-
rit moliri magnas distensiones, sed ali-
quanto celeriores, ac tanto crebriores,
quanto minus usum compleant disten-
siones. Unde si cor à pravis humoribus
fortius irritabitur; cum fibræ ipsius, &
arteriarum, quæ ab ipso derivant, impen-
sè concluduntur; non potest sanguini
vîm tribuere, ut circumire possit; quod
virtutes corpori non denegat, quia omni
motu privatur; cum spasmadicum ob irri-
tationes in febribus colliquatiivis fortio-
rem adsciscat, ut à pulsuum duricie, &
celeritate conjectura prospicimus; sed
quòd ultra substantias communicare non
potest, ob solidorum adeptas rigiditates.
Hinc, quia Aqua frigida, liquores, qui
in cavis concluduntur, pacatos facit,
motum fermentativum, ac liquefactivum
coercet, solida laxat, & sanguinem in
cursu citatiorem reddit; ab utrisque
pondus aufert, ut virtutes explicari pos-
sint. An autem vires propter oppressio-
nes, vel omnimodas resolutiones abstra-
ctæ fuerint, facile deducere possumus,
à mor-

à morbi brevitate , atque etiam , si non dum præcesserint multæ evacuationes , quæ integratatem à corde , & virtutes à sanguine removere potuerint .

Secundo loco occurrit, Humorum Cruditæ , & magna Crassities ; quæ particulae, copulativè , & non disiunctivè , sapien-
tissimus Zaccutus Lusitanus in lib. 2. de Medicor. Princip. Historia , accipi debe-
te opinatus est : Nam si sparsim suscipien-
tur , quandoque usu Aquæ frigidæ , etiam
emendari possunt . Siquidem bilis , multo-
ties dicitur cruda , non quia crassa , sed
quia nimis fervida , & acris est ; ac proin-
de à motu nimis effervectivo aliquo mo-
do retrahi debet , ut coqui possit ; sicut
bene advertit Avicenna in lib. 4. febr. i.
tract. 2. cap. 7. *Humoris autem cholerici di-
gestio est , ut conversus à sua subtilitate ,
fiat spissus , & Aqua quidem frigida facit
illud &c.* : Quemadmodum , si bilis cras-
sa reddita fuerit tempore coctionis , ut
in ardentibus , nam Aqua frigida eidem
occurrere non repugnat , quia jam separa-
ta est . Prohibent tamen Aquæ frigidæ lar-
giores potus , si humores crudi , simul &

crassi fuerint; quoniam, extincta febris
vehementia, nonnisi tardè attenuari,
digerive possunt. Quapropter Pergame-
nus Galenus in lib.9.meth.cap.5. expre-
sè ordinavit, ut Aquæ frigidæ semper ab
optimo Medico designetur usus, ne for-
san cum cruditatum præsentia, febris re-
nitentior, & contumacior fiat; siquidem
crudas crassities alterare, & digerere;
non Aquæ frigidæ, sed alterius medicam-
menti virtus esse videatur.

Et quidem si indicationem à causa de-
sumere volumus, hæc si crassa, & cru-
da fuerit, attenuari, & coqui debet, ut
tandem sanguis ablegare possit; &
qua speniti possumus, Aquam frigidam,
immaturas crassities, ad statum coctionis
provehere, aptam fieri; si sanguini spis-
sescenti vim detrahit, sicut emendare,
ita etiam à se dimittere posse? sicut enim
effervescentes humores, & solutos con-
trahit; ita etiam si crudi, & crassi fue-
rint, contumaciores redderet. Et quan-
quam depresso, febrem aliquando remit-
tere videantur, novam tamen causam
pro urgentiori construunt. Non enim,

ut-

utunque febris urat (inquit Valles. in com. 134. lib. 4. epid. Hipp.) & agerius sitiat, ac multum sibi bibere posse videtur, offerenda est frigida. Multi enim haec habentibus oblatæ, primum quidem juvare visa est, ob intemperiem, quam extinxit; deinde verd, ut denuo excitaretur alia febris, & major, & contumacior priori, causa fuit; quod cum adhuc materia morbi esset cruda, oblatæ, ejus & coctionem, & discussionem prohibuerit, aliis etiam incurabiles passiones, & pro inflammationibus brevi resolvendis, indissolubiles tumores manere fecit, alios una aliqua parte laeos, reliquum vita fecit miserè transigere, quosdam etiam vita repente privavit, naturali simul cum igneo calore extincto. Crudæ enim crassities, et si ab humido vehiculo dilui possint, à frigido tamen ad bonam frugem reduci non videntur, quia coctioni obstat, quæ illas maturescere sollet. Unde Aetius (prout idem significat in tetrab. 2. ferm. 1. cap. 78.) quando in magnis febribus, cum cruditatum presentia, caloris, & siccitatis prædomi-

nia intuebatur, ut humiditates non deficerent, & summus æstus vires non dissiparet: Aquam frigidam, et si suis febricitantibus exhibebat, non solum in parva quantitate permittebat, sed promiscuè, alternis scilicet vicibus, Aquam calidam semper potandam, injungere visus est; ut utrisque indicationibus satisfaciens, opus completum perficeret.

Tertiò loco numeratur Abscessus internus. Pro cuius intelligentia, haud prætereundum tibi significare proposui, quod hic nomine Abscessus interni, animo non comprehendo simplices illas phlogoses, sive ficas inflammationes, quas descripsit Galenus in lib. 2. de Arte curativa ad Glauconem cap. 1. ubi. *Prima igitur inflammationis differentia est, secundum quam, hanc quidem humidam, hanc verd ficcam, esse contingit; humidam quidem, quæ ex calida fluxione membrum occupante contingit, ficcam verd, quando nullo humore influente calor naturalis ignescit; quoniam hæ, licet magnas febres quandoque insequuntur; tamen quia sape haud crassities involuunt, sed à sola*

sola fibrarum mutatione , ob magnos fervorum impetus, coagmentantur ; poterunt facili marte, aliquando usu Aquæ frigidæ distrahi ; eo quod tollit motum superfluum , & irritativum , quo fibræ angustatæ, cruento in cursu præpediunt, irretiuntque . Neque illos Abscessus , sive symptomaticas evacuationes , quas natura promovere solet, in decursu quadrundam febrium mali moris , ut legitur apud Hippocratem in lib. i. epidem. sect. 2. , ubi : *Cum tempus produceretur , ac colliquatio mala , his Abscessus succedebant , & majores , quam ut ferre possent ; aut minores , quam ut quicquam prodefsent , sed statim recurrerent , & ad pejus courgerent ; erant autem , quæ his fiebant , hæc . Dysenteria , Tenesmi , Lyenteria , & Alvi profluvia :* Nam hi Abscessus , cum ab humoribus præterfluentibus fiant , qui non tam crassitie , quam summa acredine , partes , per quas trajiciuntur , molestiis implicant , possunt multoties Aqua frigida emendari , cuin ab infirmatis partibus , ægritudinem , diluendo , & alterando avertat . Sed solummodo nomine

mine Abscessus interni, mente complector, stagnationem quandam quorundam pravorum succorum, extra proprios ductus, qui copia, vel summa crassitie, mordacitateque, vasa prementes, abscedendo, partes corrumpunt.

Et quidem, si ita significatus Abscessus, usu Aquæ frigidæ removeri posset; id quod in parte concluderetur, vel ad minus præstantes partes, natura derivare deberet, vel resolvere, aut omni ex parte maturare. Derivare autem impotens redderetur; eò quod crassæ est substantia, ad trajectiōnem minus aptum, extra proprios ductus, & canalia proximiora, propter adeptas firmiores rigiditates, parum prompta redderentur. Rursus nec resolvere eidem potestas esset; quia motum dilatum à materia abscessa abstraheret; qui potestate valeret, materiam compactam, & intus latenter, quadantenus disiungere, & in auras promovere. Frigus enim, omnes effervescentias contrahit, & quo minus humores distrahantur, vim adjicit. Et tandem, quæ spes de futura maturatio-

ne

ne animum nostrum fulciret, si particulae activæ, sive motum promovere aptæ, quas in crassitiebus Abscessus complectitur, ab Aqua ob frigus fortius obruerentur? Densius enim agglomerari deberent, & ceteris principiis prævalere, & sic suis commotionibus superfluas humiditates traducentes, cruditates digererent, visceribus temperiem calidam, qualitates activas, vim vegetam, & maturationem, inveharent.

Ob alias autem causas, externi quidam Abscessus, Aquæ frigidæ usum, in non nullis febribus, non prohibent. Primo scilicet, quia cutis, ut conveniens se cerniculum totius corporis, quidquid è sinu crux, media laxatione excipit, minori molestia sustinet. Secundo, quia humores pravi, aliquando imperfectè demandantur ad cutim, ob eorum crassities, & penurias humiditatum: At quia Aqua diluit, & eorum mores corrigit; majori aptitudine promoveri posse permettit. Tertio, quia moderat indebitas effervescentias, quæ sunt causæ, ut humores, medio excedenti motu, ulterius per-

pervertantur, & magis inficiati ad cuti-
tim demandentur; etenim multoties
cutim abrodunt, depascunt, absument,
& nisi emendentur, majori infectione,
contaminant.

Prohibent, Quartò, fortes obstruc-
tiones, scirrhi, tumores œdematosi &c.:
Nam sive in tubulis ab humoribus lenti-
impedimenta fiunt, sive ab extra hujus-
modi, aliquo tumore præmuntur; si euti
superfluentibus succis obicem ponunt,
ne transduci possint, ita iidem, Aquæ
frigidæ transitum non largirentur; unde
fluendo, cum huc, illuc, irrumperet,
vasa, vel discinderet, aut suffocationem
promoveret. Aqua enim frigida solùm
quandoque illas obstructiones delet, quæ
in canalium confiniis, post prægressas
magnas febres, peractis coctionibus, ma-
teria crassa, sed non lenta, coagmenta-
re solet; haud quaquam tamen, quan-
do materia viscosa, & resinosa, arctius,
& copiosius, poris, tubulisque infar-
cta, vel plures simul circumvicinatum
partium, præprimis glandulosarum, ca-
naliculos intortos obsederit; quippe
craf-

crassitudines, quæ remanent post gran-
 dium febrium status, et si non trajectæ, tu-
 bos obstruunt; quia tamen prope eorum
 confinia reduci solent, cum diluuntur,
 & solida laxationem contrahunt, quasi
 ad auctio incitamento producuntur. Se-
 cus autem si in medio cavitatum, aut
 circa partium poros, ob lento rem con-
 cludi videntur: Nam licet magna febris
 ab utrisque humiditates abstracta sit, non
 tamen ambobus, Aqua frigida pari vir-
 tute succurrat; etenim si crassitudines
 febriles, post coctionem solvit, mo-
 tum superfluum à sanguine removet, qui
 ab iisdem humiditates distractis, & segre-
 gando, compacta reddidit: at in forti-
 bus obstructionibus, & renitentibus tu-
 moribus, cum ob defectus coctionum, ex-
 crementa sè penumero tardiora fiant,
 & greque dimanent, quia Aqua frigida
 illas infirmiores reddit, & ab humorib-
 us lento rem non aufert, nec poterit
 quietem in illos inferendo, obstruc-
 tiones, vel tumores removere; humidita-
 tes enim in hoc casu, si quandoque defen-
 cerint, potius Aqua calida subministra-
 ri.

ri possent, quæ alia de causa, ac malis febribus, à solidis laqueos subtrahit, & hæmores in fluiditatem restituit.

Prohibent, Quinto, capitis, & nervorum pathemata, ut notat Hippocrates in lib. 5. aph. 8. *Frigidum inimicum ossibus, dentibus, nervis, cerebro, & spinali medullæ, calidum vero utile.* Scilicet, quando genus nervosum, vel cerebrum ipsum, naturaliter, vel ob aliquem morbum, aliquas debilitates contracta fuerint: nam quanquam acutus morbus superveniat iis, qui hujusmodi affectionibus subjecti sunt, minus tamē excessum frigoris sustinere possunt, quam illi, qui harum partium robotis species exprimitur, & ob debilem scilicet texturam, quam contraxerant. Modicō enim sanguine haec partes irrorari solent, cum parva arteria, cerebrum, & eius appendices circumsepiant; adeoque, quia Aqua ob frigus tot porem inducere posset; circulum sanguinis in iis, vel retardaret, aut fortasse omnino supprimere, & inducio abscessu, vel stupore, corrumperet.

Et

Et quanquam superius allata morationem Hippocratis, quam plurimi ad frigus externum transferre videantur; nihilominus tamen, meliores interpetres, etiam de frigiditate interna, sermonem habuisse, referunt; cum frigidus potus plerunque convulsiones pariant, somnos diuturnos, & syderatos affectus, induat scilicet laxitatem in nervos, & majori crassitatem in liquoribus, qui per hasce partes circumneantur. Calorem enim moderatum utiliorem esse, Hippocrates tecen-suit, cum ad hujus presentiam, sive motus actiones, animales functiones prosequantur, & perfecte etiam absolvantur. Aditus enim pervios nervi retinere debent, ut virtutes cito promoveantur; quos frigus obliterando, ulterius comprehendere.

Prohibet, Sextus, Ventriculi languor, & summa debilitas. Etenim hic, cum magna laxationem quandoque contrahat; magis, quae ingurgitantur, frigida a coctione distraheret; eorumque vim frangeret.

Sed ne decipiamur, quandoque dengantes Aquam frigidam, stomacho de-bili-

bilibus, advertere oportet, num illa debilitas sit naturalis, an potius morbo-
sa, & adscititia? quoniam si erit ob de-
fectum naturæ, cum hanc permutare,
ventriculus difficile possit; haud Aquæ
frigidæ potestas inesset, languescen-
tem ventriculum sustentare, cum calo-
rem ulterius ab illo removeret, sive il-
lius motum conyenientem infringenter.
Sin autem adscititia fuerit; cum hæc non
semper sit addicta frigidis cruditatibus,
quaæ ventriculi tonum media laxatione
invertunt; haud arduum erit credere,
quod Aqua frigida, quaæ effervescentias
contrahit, & humores ab acredine de-
ducit, ventriculo vim adjiciat, ut re-
farciri possit; nam destructis laqueis,
à quibus ejus fibræ obstringebantur, exi-
guæ vascula, quaæ illum circumsepiunt,
novas substantias transfundunt; quaæ
non solum coctiones perficiunt, quin
etiam eidem vim afferunt, ut conten-
ta promovere possit. Hac enim ratio-
ne suffultus Galenus in lib. 7. methodi
cap. 8., curantium quandam inchoatam
à quibusdam suis præceptoribus corre-
xit,

xit, dum hominem quendam, gravi debilitate ventriculi laborantem, non aliter restituuit, quam remediis quibusdam frigidis, extrinsecè, & intrinsecè adhibitis; extrinsecus quidem, à septo umbilicum versus, intrinsecus autem subministrabat cibum, & potum sub fontanis Aquis.

Prohibet, septimò, naturalis dissuetudo, ut idem Galenus, in lib. 2. aph. 50. significavit; nam consuetudo duo facit; primò, ut alteratio minor fiat; secundò, ut facilius, & cum minori periculo sentiatur; quippe, insuetos potare Aquam frigidam, sapissime in gravissimas ægritudines incidisse, experientia demonstravit, ut accidit illi, cuius historiam refert Galenus, in lib. de Consuetudinibus, cap. 1.; qui cum febre correptus fuisset, & non esset frigidæ assuetus; medicorum tamen voto coactus, assumpsit, & periit; sic enim ait. *Aristoteles igitur Mitylenæus; vir in speculazione peripatetica primatum tenens, cum in morbum quendam incidisset, qui à frigidæ sanè potionc juvari poterat; quia tamen ta-*

Item potum nunquam ingessisset, medicis eum bibere consulentibus repugnabat; manifesto se scire, affirmans, se, frigida gustata, spasmo coniuptum iri; nam & hoc ipsum aijerebat, se vidisse in alio, qui sibi, & corporis habitu, & temperamento erat similis, calidæque potionis erat assuetus. Quod si tali potui, sicut nonnulli, aijuevissent, maxime quidem, nec ipse, illius oblationem timuisset; tandem tamen, medicis eum omnino compellentibus, frigidam potavit. Ac ille quidem, ita obiit, ut audivi. Hæc ipse. Consuetudo enim, veluti natura adventitia est, & Aristoteles lib. 7. ethic. cap. 10. testem Evenum poetam in confirmationem vocavit, qui ita scripsit:

Usus longus mus est, ac meditatio crebra,

*Hunc tandem affero, naturam mortali-
bus esse.*

Longum enim institutum habitum, generat, & actiones expeditas facit, que licet quandoque laboriosa sint, sine molestia tamen perpeti sinit.

*Prohibet tandem, naturalis, & innata
totius*

totius corporis debilitas ; quia calor , sive motus , in quo vita consistit , est infirmus , & spiritus deficiunt ; unde partes naturali vigore destitutæ , à frigido potu , magis lacerentur : Siquidem , ut docet idem Galenus in lib.9.meth.cap.5. *Ideoque minus tuta his , qui exiguum sanguinem , carnemque habent , frigida potio est ; celeriter nanque ad solidas animalis partes pervenit ; nulli , quod ejus vim frangit , occurrens , sed de his satis superque ; pergo modo ad METHODUM .*

METHODUS igitur , vir sapientissime , exhibendi Aquam frigidam , admodum intricate est ; cum propter contrarietatem eorum , quæ sæpenumero occurront , multiformis in dies fieri videntur ; adeoque , nonnisi suppositis quibusdam præclarè delineari posse , reor .

- Et quidem Aqua frigida , vel indicatur à morbo , qui febre caret , vel ab ipsa febre , quæ ob nimios fervores , humidas substantias dissipat , & humores præviores reddit . Si morbus exigit , & cunctantia coacta fuerit , omni tempore pos-

terit experiri ; distribuendo quantitatem secundum temporis dilationem , & constantiam virtutum : nam multi parum bibere possunt , & paucō intervallo indigent , ut iterum sorbeant ; quamplurimi autem spiritum fortiorem habent , stomacho gaudent , & assueti sunt , Aquam frigidam potare , & his concedenda est affluenter ; longiori tamen tempore interposito , ut illam trajicere possint ; adhibita semper cautela boni regiminis , & animadversione causarum , quæ eidem moram afferre possunt . Si verò morbus non sit adeo urgens , & inducias præbeat ; differri potest ad tempus opportuum , scilicet æstivum , in quo commodius bibitur , & facilius dissipatur ; aut saltem institui potest ad prandium , vel horis longinquis à pastu , peractis scilicet coctionibus , quantum pro consuetudine ægrotantes , unico haustu accipere possunt .

Si autem à febre indicata fuerit , etiam methodus varia esse solet ; pro diversitate scilicet , Temporis , Urgentiarum , & Status febricitantis .

Et

Et quantum ad tempus attinet, illud semper intueri debemus, & præsertim in acutis, qui særissime, ob multipli-
ces attigendi modos, variam curantium exposcunt. Sic enim loquebatur Hippo-
crates in lib. acut. num. 10. *Sane tempus
valere admodum putandum, cum in mor-
bis omnibus, tum præcipue in acutis, &
potissimum, quibus febris subjerit, peri-
culumque summum.*

Tempus igitur exhibendi Aquam frigidam in febribus acutis, est tempus coctioni dicatum; in quo natura humores ad segregationem disponit; ita enim determinavit Galenus in lib. 11. meth. cap. 9. §. Ergo si vires valentes fuerint, febris ardentiſſima, & coctionis notæ valde evidentes, frigidam dare audacter debitis; quemadmodum etiam significavit in lib. 9. meth. cap. 5. Cum ergo coctionis humorum in iis notas videris, de quibus dictum abunde in libris de crīsibus est, audacter frigidam dabis; quippe solidarum animalis partium natura robo-
rata, prætenuatos jam humores aggredi-
tur; ita ut qui utiles sint, atque a in-

triendum habiles, hos quidem ad se trahat, inutiles, vel per ventrem, vel per urinas ejiciat.

Hujusmodi autem tempus, quod conditioni dicatur, aliquando dicitur particolare, multoties vero universale; & per hanc divisionem, etiam quantitatem. Aquæ frigidæ designare possumus, ut inferius clarius dilucidabo.

Tempus igitur particulare, est finis status accessionis febrilis, quæ durante toto tempore cursus febris, datis quibusdam intervallis, magno impetu recurrere solet; & de hoc tempore præcipue loquebatur Hippocrates, loco supra citato in principio, dum dixit. *Tempus autem dandæ forbitionis, tum per initia, tum per omnem morbi decursum, hoc maxime servare oportet; nam si pedes frigidi fuerint, non à forbitione modo, verum quoque, & maxime à potu temperandum; at cum caliditas ad pedes descenderit, tunc dare expedit.* Et designavit etiam Galenus in lib. 2. de crisib. cap. 3. *Tempus bibendi in tertiana exquisitæ paroxysmis, esse, cum calor quoqueversus expanditur,*

*tur, nibilaque plus thorax extremitatis
bus calet.* In statu enim accessionis febrilis, motus effervescens adaugetur, flama magis dilatatur, & ad secretio-
nem aliquo modo natura disponitur. Fe-
bres quidem omnes, quanquam conti-
nuæ sint, non tamen æquales semper
esse videntur, cum non omnem materi-
am, quæ illas promovere solet, san-
guis à prima invasione adsciscat, spar-
sum enim quandoque recipit, & diverso
etiam discernere superare nititur, ut
adstruit Hip. in lib. 4. aph. 63. *Si quotidie
rigores sunt, quotidie febres soluuntur.*
Quapropter, cum non omnem materiam
febris, sanguis in quolibet paroxysmo
subigendam aggrediatur; sed tantum il-
lam, quæ sui recursu, in effervescentia
præternaturalem posuit; (alia enim
retranet extra vasa maturanda, quæ re-
currente accessione concludit) Aquam
frigidam exhibere debemus, in modera-
ta quantitate, & non ad libitum; una
tantum vice, & ad modum alterativi;
etiam si motus febriles adauerti fuerint;
siquidem stabiles sape non sunt; cum

post hoc tempus, sensibiliter plerunque in declinationem veniunt; ut eruditè Hieronymus Mercurialis in suis Pisanis prælectionibus Historia 7. adnotavit, ubi: *Itaque dicendum, Aquam frigidam posse exhiberi dupliciter; vel in magna copia, & his legibus, quas tradidit Galenus, ut scilicet, & calore extinguitur, & materia copiosè per omnes partes expellatur; vel non eodem modo, sed ut tantum calor febrilis, vel extinguitur, vel saltem magnopere minuatur; si primo modo sit danda frigida, certè multò securius est, eam præbere in statu, & morbi, & paroxysmi, quam vel in principio, vel augumento; quoniam, et si, in aliis à statu temporibus, possit opitulari ad fervorem febrilem frangendum; non ita tamen valet ad egregiam illam, ut sic dicam criticam evacuationem; si verò secundo modo Aqua frigida sit administranda, licet, immo expedit, tam in principio, quam augumento offerre, non semel tantum, sed pluribus vicibus, quo quidem tempore, nec ita frigida datur. Sicut enim consuevi ipse in aestate omnes magnas febres.*

bres feliciter curare; nimirum, vel quotidie, si sic fiant, exhibendo in statu Aquam hordeaceam frigidam, ad mensuram, trium, vel quatuor librarum; nam hoc pacto, & calor febrilis quotidie refusus, facienda, atque propaganda puzredini. redditur ineptior, ac impotenter.

Tempus autem universale, est summus status integri cursus febris; in quo natura, fere omnes humores, qui febrem promoverant, & prorogaverant, sanguisque colligerat, sensim superaretur; attamen, quia in hoc tempore, fervores plusquam satis ubiores sapienter sunt; & perfecta coctio, quæ motu congruo perficitur, nec minime potissimum diffrahi solet; immo humidates, quæ sunt fluiditatis vehiculum, præcipue deficiunt; Aqua frigida copiose permitti debet, cum, ut excedentes motus effervescentiae, moderari, & extingui possint, tum, ut exiguae humidates, quæ impensè absumptæ sunt, majori adminiculo adjicientur; alloquin. **E** Aqua frigida deficiens erit, illa in-

com-

commoda afferre posset, quæ recensuit Hippocrates in lib. acutorum num. 30., & Galenus in Comm. explicavit ; scilicet, quod multo tempore in corpore maneret, haud coqueretur, fluctuationes promoveret, alvi excrementa non subducere, & corrumperetur tandem . Aqua enim, ut Aqua est, has virtutes non complectitur, sed propter mutationem qualitatis potus, quandoque consequitur, scilicet per frigiditatem, & quantitatem.

Verum enim vero, quamquam omnes tempore coctionis, in largitate conveniunt; in modo autem, non æquè concordant : Nam Hippocrates lib. 4. epidem. num. 30. usque ad vomitum tribueret, more comparatum habuit ; Galenus vero in lib. 9. meth. cap. 8. quantum æger bibere poterat, largebatur ; & in lib. 1. acut. textu 43. usque ad extinctionem febris permittebat ; ac tandem in lib. 10. meth. medendi cap. 5. & 7. quandoque bilios, aliquando tres cyathos, vel duas heminas, sèpius exhibebat . Avicenna autem in lib. 4. fcn. 1. tract. 2. cap. 74 usque

usque ad rigorem , & colorem viridem accipi debere dixit, & in cap.43. singulis horis, tribuendam esse, proposuit. Quid ergo dicam de horum discordia? Inconstantiae quidem maculas his inureret non audeo; quia quævis Aquæ frigidæ quantitas, propter varietatem subjecti, & diversitatem eorum, quæ sæpen numero occurruunt, superflua, vel manca esse potest; adeoque nemini certam quantitatem Aquæ frigidæ determinare, liberum esse video. De his tamen ipse metitatus Galenus in lib. i. de arte curativa ad Glauconem, nos admonet, ubi dicit. *Modus in quantitate Aquæ frigidæ servetur, quemadmodum Tempus anni, Regio, Ætas, Natura, & Consuetudo postulant.* Itaque (Alexandri Massariæ verba sunt, in lib. 5. de febribus cap. 13.) ad summam, ita habendum est, Aquam frigidam, majori mensura perpetuè dandam esse; sed tamen tam prudenter, & cautè, ut illa, vel augeatur, vel minuatur, si cut variarum rerum opportunitas, atque indicatio postulant. Siquidem mulci affluenter bibunt, & integrari propria ciun-

ciuntur ; quamplutimi vero cochleatim assumunt , & ejus commoda etiam percipiunt ; differt enim homo ab homine ; & pares morbi , non semper similia remedia exigunt .

Quapropter , ego ab antiquorum propositis non discedens , illorum proximam semper commendavi ; scilicet tempore coctionis universalis febris , Aquam frigidam tribuendam esse copiosè , sed non cumulate ; cum omni tempore , repetitio numeri , & non quantitatis , semper cura , & anxietate vacavit ; vires plerunque illo tempore sunt infirmæ , & tantam Aquæ frigidæ copiam una vice sustinere non possunt . Ceterum unico haustu , quanquam copiosè ingurgitatur , cum , huc , illuc , diverteretur , ad omnes partes pervenire non posset ; hinc sicut pro restituendis fluidis , non satis esset ; ita nec ipsis solidis ad sufficienciam opem præstaret . Singulis enim horis unus cyathus exhiberi potest ; vel si majorem spiritum febricitantes habuerint , alternis libra una , aut duo , vel tres , post tres horas . Qui autem plus bibe-

bibere cupiunt, potus frigidæ reiterâri potest illo tempore, quo lingua iterum sicca apparet, vel sitis intolerantior fiat. Hæc enim praxis antiquissima esse videtur, dum, servasse etiam Avicennam, intuemur; quemadmodum ab his, quæ idem notavit, in lib.4.fen.1. doctrin.2. cap.43. in curantia caufodinis, deducimus §. Si autem non fuerit, quod prohibeat, detur in potu de ea, etiam usque ad satietatem; & forte avenit eis permisso mentis, & obliviscuntur petere Aquam; quare oportet, ut sorbeant de ea **QUALIBET HORA** paulatim sorbitones plurimas, & propriæ in eo, cuius linguam vides sicciam, & cura accidentia ejus superflua cum eis, quæ diximus in capitulis suis.

Quod si exitum non promoveat, hand ab incepta methodo desistere statim debemus; nisi ab interna aliqua inflammatione, vel abscessu, viscera affici, videbuntur; siquidem, multoties tantum sunt æstus, & humiditatum defectus, ut Aqua frigida, nonnisi sumpto spatio superare posse videatur. Nec semper deterrere

terrere debent symptomata , quæ febri superveniunt ; ni sanguinem in coagulum , vel summatum crassitiem , jam abfisse prospiciatur ; quoniam infirmata febre , removeri sè penumero solent ; etenim anxietates , aditum apertione , summovet ; fluxus colliquativos , & vomitus pertinaces , distractis humorum incitamentis , removet ; & sudores fuscivos , inducta in fluidis , & solidis majori firmitudine , abducit . Quare perperam nonnulli , Aquæ frigidæ , antimonium diaphoreticum , singulis haustibus adjiciunt ; cum sudores , dumtaxat proficiunt esse videantur in magnis febribus ; quando sanguis , humiditatibus refectus , & à forti motu effervectivo magna ex parte distractus , crassities , quas involuit , dilutione traducit , haud quaquam tamen si impensè dissolutus , promoteat ; cum laxitatem in fibris , illud minus tribuere posset , eò quod incitamenta non auferret . Non sic autem , si nitrum applicetur ; hoc autem effervescentias moderat ; & Aquæ per urinam congruentem transitum præbet .

Sic

Sic enim res se habet , si natura constanti virtute , de febre , coctionis tempore , victoriam reportare , indicia certa præbuerit . Verum quia vires plerunque in decursu febris , longam stabilitatem non promittunt , & ob summam urgentiam , quo minus coctionis tempore , possit ægrotus à febre vindicari , securum exitum semper non pollicentur : hiuc est , quod si febris ob vehementiam non dat inducias , & ad perfectam coctionem , transducere ægrotantem signa dubia tradiderit ; etiam cruda existente materia , Aquam frigidam , affluenter usū habendam esse , mea sententia sustinet .

Et quidem licet tempore cruditatis magnæ febris , in quo humores , qui in cavis sunt , ob nimiam agitationem , sunt confusi , ac non dum subacti ; & ab ipso sanguine , propter spissitudinem , quam invehit Aqua ob frigus , secludi non possint ; nihilominus tamen , cum hac , cruentem , motum intestinum exceedentem naestum , abunde disperdi non permittit ; vim interim tribuit , ut pos sit febricitans , quamvis longo tempore abi-

stabiliti ; nam summi æstus , aridum ,
 corpus reddunt , sitis divexat , sudores
 fusivi enervant , vigilæ absunt ,
 & anxietates excruciant . Ad horum enim
 conspectum . *Quid faciendum* (Zaccutus
Lusitanus exclamat in lib. 2. de medic.
Princip. Histor. dub. 34.) *nisi oblata Aqua*
frigida ad satietatem ante coctionem ,
ægrum levare ? nisi ergo hoc feceris , spre-
tis cæteris indicationibus , ægrotantem
cito dabis in necem . Longitudo enim
morbi , quam Aqua frigida afferre posset ,
spem aliquando recuperandæ sanitatis
non demit ; immo symptomatis sæpenu-
mero occurrere , securius est , morbo ali-
quando neglecto , ob urgentiam . Hac enim
ratione inductus Avicenna in 1.4. , tract.
 2. , cap. 3. , ait . *Febris quandoque est tantæ*
vehementiæ , & activitatis , ut non li-
ceat uti regimine causæ ; immo necesse est
uti infringidatione multa . Et Galenus in
lib. 10. meth. medendi , cap. 6. ; in casu
summæ urgentiæ , etiam adstante in-
flammatione interna , Aquam frigidam
exhibendam esse consulebat ; verba ipsius
*sunt . *Tutius esse ratus phlegmonem in**

præ-

*præsens augere, quām sinere hominem in
hecticum febrem incurrere. Quid mirum
igitur, si Meto ab Hippocrate relatus, in
lib. i. epidem. Histor. 7., secundadie à fe-
bre, Aquam frigidam potavit, & sanus
factus fuit? Nam licet febris, quæ illum
à principio corripuit, humores, coctio-
nes nondum iniisse significabat; ipsa
autem magna erat, & bilis copiosæ, acris,
& nimis effervescentis, signa certa in-
dicabat; sicut testimonium præbuerunt
evacuationes bilis flavæ, tenuis, & sin-
ceræ, quas tertial die Hippocrates ob-
servavit. Bilis enim quandoque non di-
citur cruda, quia crassa est, ut supra di-
ximus, sed quia nimis fervens, & in-
flammam evecta; & in hoc casu, Aqua
frigida potius illam coquit, hoc est di-
gestioni disponit, quām verè incrude-
scere, permittit. Et quanquam sanguis
ob fortē motum effervescitum, fere to-
tus resolvit videatur; semper tamen di-
citur crudus, quia separatiōnes non ab-
solvit; siquidem conditionia re medica
aliud non significat, quām motum se-
parativum, non autem distractivum.*

Ceterum facta comparatione inter juvamentum , & detrimentum ; sapissime plus juvat , quam dampnum affert : nam si hoc tempore infrigidatur febris , sape homo non moritur , quamvis tarde resficiatur . Testatum enim Rhasium reliquie invenio , in lib . I . divisione . cap . 148 . 149 . 150 . aliquando dominum , & servum agrotasse , atque illum exhibita frigida persanatum , servum ex negata emotum . Quare in curatione coacta magis febris , ubi periculum est , quod aeger non possit cum securitate ad defitum refectionis tempus pervenire ; non cunctandum , vel circa ipsam , ob imminentem ex procrastinatione periculum . Aquam frigidam affluentis tribuere ; de quo argumento consulte Abrahamum Neciniam in tractatu de Aquae frigidæ patu , qui de hoc negotio egit eleganter . Hanc autem urgentiam , non solum calor excedens in febribus semper designat , verum etiam nimis extremarum partium frigiditas quandoque indicare solet ; id autem audias , cum partes extimæ , interclusione pabuli frigescunt ; hanc quaque

quam

quam tamen si ob resolutiones omnium virtutum, calore orbatae redduntur; nam cum non haberet Aqua frigida, quod ei resistaret, facultates omnes, non potius sustentaret, quam omnino opprimeret). Et quanquam frigus à calore differtur, ab eadem tamen causa, ambo, propter varia accidentia, derivari possunt; dum eadem febris, eodem tempore, frequenter in externas partes summas frigiditates invehit, & in internas, magnos caloris sensus advehit, ut optimè Hippocrates in lib. 4. aph. 48., & in libris progn. num. 8. notavit. Hinc licet quandoque fermenta febrilia, in aliquod viscus, magna vir irruptionia, ob abscessus, & inflammations, quas promovent, magnum sensum caloris intrinsecus prodignantur; & eodem momento, extrinsecus subtrahant, nihilominus tamen, cum etiam intra vasa, & praecipue circa eorum confinia, aliquando colligari possint, & sanguinem in cursu præpediendo, etiam caloris sensus ab extensis partibus subtrahere; Aqua frigida cum deluerit possit, eadem sèpenumero

etiam penetrabilia facit , & obtacula removens , sanguinemque versus cor , cæterasque partes , majori facilitate circumferri permittens ; sensum caloris quoque , veluti ex accidenti , restituere aptat . Ejus tamen usus debet esse longinquus , & disjunctus , ut sine partium offenditione ad omnes corporis partes , sensim pervenire possit ; quemadmodum etiam si sudores frigidi apparuerint , nam cum violentia motus fusivi promoveri suescant ; Aqua frigida , quia hujusmodi motus , ruinam edit ; & obtarditatem , quam humoribus salutis invehit , humidas substantias intra vasa concludens , sudores quoque facile removet , & corpus rursus refarciri posse , facultatem tribuet .

Status itidem agrotantis , hujusmodi methodum , etiam varietate distinguunt : etenim modo abunde , modo parcè , modo ullimode exhibendam esse , significat ; hinc est , quod si agri juvenes , vel robusti fuerint , affluenter , servatis regulis bona methodi , permitte potest ; cum minus à frigida lœdantur , ob resisten-

stentiam . Sin autem debiles , vel omnino prohibenda , aut saltem temperanter concedenda; quoniam hi minus resistunt , & ob contractam pro virium jactura infirmitatem , facile extingui possent ; ac proinde , febriles fervores , non quidem Aqua ad moderationem reduceret , sed potius caloris naturalis interitum faceret . Itaut perinde etiam ; si pueri , vel senes fuerint ; quoniam illi ob tenellulam etatem , & hi ob defectum nativi caloris , aquæ deficerent ; Siquidem , si plena manus iisdem tribueretur ; sine dubio vitam etiam concludere posset . Vel ad extremum , si aliis morbis , quibus frigus obstat , febricitantes obnoxii fiant ; neque tuto permitti potest ; quippe si febrem removeret , alias morbos graviores ocios produceret . Sufficiet enim in hoc casu , Aqua frigida naturalis , quæ in pauca quantitate , naturale temperamentum saneque invertere non posset .

Præstare igitur magnam diligentiam semper debemus , in hujus præsidii exequendo usu; nam præterquam quod summa frigiditas , non semel obstat ; potus

G 3 etiam

etiam largus , nonnunquam summo-
pere laedit ; etenim ut optimè ait Cornelius Celsus in lib. i. sui operis cap. 2.
Sæpe si qua intemperantia subest , semper durior est in potionē , quam in esca . Et hoc non modo , quia viscera naturalia premit , & à suis muniis maximopere distractit ; verum etiam , quia principiis obstat , quo minus sanguis per convenientes motus , ab incongruo distingui possit ; incrudescere enim solet , & veluti hebes factus , compluries abscedit , vel motu circulari orbatus , plerunque corruptitur .

Unde perperam nonnulli faciunt , producentes hanc aquam dietam ad plures hebdomadas , ne dicam menses ; nam sibi persuadentes , Aquam frigidam ulterius profuturam , sæpe febres ad longum tempus , protrahunt . Indicationes eam , non semper idem designant ; siquidem in dies variari solent ; quapropter , sicuti , quæde novo eveniunt , recenti præsidio gaudent ; ita si fortasse febris magna ex parte superata fuerit ; haud expedit de Aqua frigida , longo tempore periculum face-

facere , sed alia præsidia usu habere oportet, quæ majori securitate ad finem, quod tendimus, perducere possunt .

Longas enim Aquæ frigidæ potus , præterquam quod , post remissos fervores , stomachum , & cætera viscera naturalia infirmata relinquunt ; sanguinem etiam inertem , & effoetum reddit ; qui aleando corpori inutilis , cum non habeat , quod superflua suas humiditates declinet , non semel nova monstra portendit ; gravitates enim orditur , difficiles respirations , somnolentias præternaturales , crudos abscessus , & sæpe etiam hydropisim promovet . Natura enim semper moderatione gaudet , superfluum reluctatur ; cum etiam à cibo , qui alieniam præstat , si copiosus fuerit , gravi vari soleat .

Annis elapsis , cum Leonardus Amadio , propter pustulam submento , à tonsore resectam , gangranz se subjiceret , uestione indiguit , ut restituiri posset ; cuius occasione , à magna febre correptus fuit , ob cuius vehementiam , medici assidentes contra mecum votum , Aqua fri-

gida longo tempore ad satietatem reple-
re voluerunt ; Proh facinus ! sedata ali-
quantulum febre , pectus intumescere
conspeximus, quod abscessum designans,
illum aperire oportuit ; quem multis
aquositatibus repletum chirurgus inven-
iens ; ob debilitatem contractam , nun-
quam ad veram cicatricem perducere po-
tuit , & quanquam multæ hebdomadæ
præteriissent , adveniente tandem susfo-
catione , occubuit.

Cecilia Prota, uxor dilectissima magni-
fici Notarii Hyacinthi Rossi , ob febrem
malignam de genere ardentium , qua de-
linebatur , per tres menses continuos , ex
cujusdam aquatici medici consilio , Aquam
frigidam sine cibo perpotare coacta fuit .
Cum ergo crura illi intumuissent , ea-
dem methodo , medicus assidens detume-
scere posse , eidem spem injungebat ; ac
proinde , ubiorem Aquam frigidam per-
mittebat . In immensum autem abeuntes
tumores , ulcera quedam promoverunt ,
quaæ postquam foras multas humiditates
derivassent , nunquam amplius , ob diu
contractam infirmitatem persanari po-
tuerunt,

tuerunt, que usque ad præsens, quamvis transacti sint ferè quindecim anni, cum maximo suo incommodo adservat.

Frater Nicolaus de Ruggerio, Æditimus Sancti Georgii majoris Piorum Operariorum Neapolis, cum annis elapsis febrem acutam passus fuisset, & fortem, ac constantem operam, largioris compositionibus Aquæ frigidæ daret; tandem abscessum contraxit circa costas medias, quem non nisi relicta fistula, expertissimus quidam chirurgus, curare potuit.

At non expedit illorum omnium adnotare numerum, qui longo tempore Aqua frigida cutati fuerunt, cum plus duplo, triplove sint, qui graviora mala, ex præpostero ejus usu sustinuerunt, quam, quos perfectæ sanitati restitutos fuisse dignoverim. Mihi proinde placet securiorem viam incedere, scilicet ubi opus erit, tantam Aquæ frigidæ copiam permittere; quantum necesse est, ut fervores aliquo modo moderentur, humores diluantur, & ad exitum provocentur; haud quaquam tamen, ut omnino supprimantur, incredentur, lenti fiant,
aut

aut facultates opprimantur ; uti consuetum erat Hippocrati , qui in febribus ardentibus Aquam mulsam propinabat usque ad extinctionem fatis , sicut idem notat in lib. acut. num. 34. *Huic & Aquam, & Aquam mulsam aquosam coctam , quantum voluerit , bibendum dato . Deinde extinta fata , dilutis humoribus , atque quadam ex parte laxatis viis ; aliquo modo per vomitum , aut per alvum derivate suscебat , ut testatur idem , propè ad superiorem textum . Et si amaram ficerit os , vomere conduceat , & ventrem per chy- sterem subducere . His autem modis , si expurgari non prospiciebat , suavi stimulo , promovendos esse judebat ; ita enim concludit . Si verò ad hæc non solvatur , ducet a finino cocto purgato . Galenus autem sero cocto utebatur , quia magis diffluens esse videtur ; quod licet quoquomodo alii purgativum sit , à febre autem non contraindicatur ; cum non irritando , sed laxando potius , evacuationem promoteat . Hanc enim methodum , cum multum sustentari , immo summis laudibus efferi , à quibusdam sapientissimis Galeni , &*

Hippocratis iinterpretibus, dignoverimus
 periclitatione probatam aspexi in quo-
 dam mercatore, cui nomen erat, Dopages
 Lamberti; qui cum in mense Septembris
 anni 1693., ex aeris mutatione, in fe-
 brem ardenter prava indolis, incidisse,
 transactis à principio aliquot diebus; ob
 deterrima quædam symptomata, que
 eidem supervenerunt, se brevi moritu-
 rum, significabat. Hinc consilio inito
 cum celeberrimo viro illius temporis Ca-
 rolo Pignataro, ob magnam fitim, calo-
 rem exurentem, & lingue ariditatem;
 repetitis emulsionibus ex semenibus fri-
 gidis, tractari jussimus; saturatis tam
 syrupo violaceo, diamargaritone frigia-
 do, & nitro purificato; cum qua methodo
 usque ad decimam quartam diem tran-
 segimus. Cum autem febris, fitis, & lin-
 guæ ariditas, eum dereliquerent non vide-
 bantur; quia coctiones instabant; auda-
 ger, adveniente aurora, dum paroxy-
 sum febrilem jam remitti, sensu percis-
 piebamus; largissimum potum nivati se-
 ri, cum unciis tribus synupi cichorei Ni-
 colai Florentini cum rhabarbaro pos-
 reximus;

reximus; à cujus remedii exhibitione, post aliquot horas, magnam copiam putridæ, & fœtidæ bilis per alvum projectit; & cum omnium admiratione, à febre, qua detinebatur, post tres dies immensis evasit.

Hinc mihi invaluit usus, nunquam ad longum tempus hanc praxim dilatare, sed transactis quibusdam, ab aqua die ta diebus, si cætera non vetant, & purgationes ad exigentiam non prodierint; eidem Aquæ frigidæ, imminiscere oleum dulce, aut syrum violaceum, de cichoreo Nicolai Florentini cum rhabarbaro, rosatum solutivum, de fumaria majori, aut aliquid aliud, quod recrementa febrilia, cum blandicie derivare potest; deinde seafim ab exhibitione Aquæ frigidæ declino; modo reficiendo ægrotantem ovis sorbillis, cum dimidiato tamen Aquæ frigidæ consueto potu; modo saccaro perlato eidem Aquæ insperso; & dilatando paulatim potus replicationem, post septem, vel octo horas, iuscum scurrens, haurire permitto, sine tamen alia Aqua frigida, vel altero cibo.

cibo. Mane vero postquam dormiverit, aliquando alium Aquæ frigidæ eyathum tribuo, & transacto rursus aliquo tempore, aliud juscum, paucō pane, aut ovis sorbillis, vel taleolis ex fina pasta impregnatum, ingurgitare jubeo; fine tamen alio potu, ne stomachus affuetus Aquam frigidam assumere, juscum renuat; & sic dies transfigendo, paulatim aliquid aliud adjicio; scilicet, vel parvum hepar pulli gallinacei, aut testes galorum, panem faccaratum, vel electuarium ex pulpa pectoris gallinæ, aut quidpiam aliud simile; dummodo palato non sit ingratum, & in pauca quantitate; donec stomachus ad pristinum redierit. Remedia autem quæcunque fuerint, ablegare soleo; ne ventriculo impedimento sint, ut à receptione novi pabuli distrahatur. Refectis autem virtutibus, si aliquid aliud, mihi necessarium videtur, ad usum revoco; gratum tamen, & haud nauseabundum, ut retinere possit; & hoc ad finem, ut viscera in suo robore firmentur, propria munia exequantur, & haud obstrui videantur.

Ord.

Ordinem tamen, & modum exhibendi Aquam frigidam in febribus, longa oratione ribi non participo, cum jamdiu, Te habuisse dignovi à præstantissimo viro, & nostro collega, Nicolao Lanzani, siende à doctissimo Physiatrio Nicolao de Crescentio, & tandem noviter à subtilissimo Domino Rev. D. Jacobo Todaro Panormitano, quorum dignissimis animadversionibus, cum nihil adjicere audeam, ad illos Te remitto.

Ad quamplurima alia tibi significanda, animus meus tandem preparatus esset, si quæ parturiit ingenii mei debilitas in hac epistola, digna tua perlectione dignovissent; at ne tædio Te afficerem, illam concludere stabilivi; tua enim in soreste, illa prudentia, qua uti soles, leges, quas ab antiquis nostris precepto-sibus, & magistris habuimus, ad manus semper habere, & sic majori fecunditate, cum ægrotantium molinine gloriam comparabis; Certis profecto remediis debemus primò ægrotantes tractare; secundò probabilitibus; tertio tandem dubiis, si morbus omnia respuet; juxta

Celsi

Celsi oraculum, melius est an eis, quād
nullum remedium experiri. Aqua enim
frigida, plerunque dubia est in quibus
dam febribus, vel morbis, quam non
licet statim usu habere, si necessitas ad
modum non requiret.

Animadvertere etiam debemus; ne
quandoque à sensibus decipiamur; & as-
tentio animo semper cogitationes con-
vertere ad ea, quae nos certiores reddere
possunt de ejus futura utilitate. Et quan-
quam acuti morbi celeriter judicari vi-
deantur, & presto juvamine indigeant, ut
removeri possint; haud quaquam tamen
præceleritatis causa; eorum curſus
temper præpedire debemus; nam recte
descere possent, & s̄penitento etiam
periculosiores fieri. Non enim temere
tentandum quidquam, nisi à summa ur-
gentia coacti fuerimus, cum hoc expre-
sse prohibitum sit ab Hippocrate, in lib.
8: epidem. sect. 3., ubi, Nib⁹ temere. Quæ
lectio, licet ad quamplurimas res signi-
ficandas diverti posse videatur; ad eu-
rationem tamen magis spectare; Hispa-
nus Hippocrates Franciscus Valletius

con-

contemplatur, sic enim habet in hoc
commentario. Quod qui recte curare ve-
lit, nihil debet omittere eorum, quorum
usus est necessarius, & salutaris; quin.
ea omnia suo tempore exequatur. Est enim
occasio praeceps. Sed neque temerè uti fa-
ciunt quidam audacissimi tentandum quid-
vis; nem experimentum periculosum est.
Non enim omnia praesidia secura sunt in
omni morbo, etiam pari; eoquod uni
quandoque prosunt, & alteri obesse so-
lent; immo cum experimentum sit lu-
bicicum; haud conductit omni tempore
periculum facere de illis remediis, que
dubia, & incerta esse prospiciuntur;
etiam in casu simili; nam ut sancivit
Hippocrates in lib.6.epidem.sect.8.Bonis
autem medicis similitudines parvunt er-
rores, ac difficultates; verum contraria fa-
dit causa, & occasio. Qua de re, et si Aqua
frigida, multos ægrotantes à faucibus
orci, eripuisse vita fuit; dexteritatis
tamen, & experientiae, semper eximius
animus esse debet in ejus administratio-
ne; nam ob causæ contrarietatem, mul-
ti morbi, licet ejusdem indolis, diver-
sam

**Tam tamen curantium nihilominus exi-
gunt.**

Attendere etiam debemus omne id,
quod non solum hoc faciendum indicat;
verum etiam tolerat, atque permittit;
uti sunt omnes illae conditiones, quæ
passim à tot sapientissimis scriptoribus
notantur, & nos etiam supra proposui-
mus; nempe, quod vires, & ventricu-
lus permittat, humores non sint crudi,
& crassi, ob causas supradictas; neque
ad sit interna aliqua inflammatio, vel ab-
scessus, aut aliquis dolor in pectore; &
æger sit boni habitus, assuetusque Aquam
frigidam potare. Sin autem contraindi-
cantia interdixerint, & ob nimium
æstum, ad aquatione indigeat æger, ut
refumi possit; quamplurima alia vices
Aquæ frigidæ gerere possunt; quæ majo-
ri blandicie, & securitate, etiam morbi
causam eliminant, aut symptomata pla-
cant; uti sunt julapia refrigerantia, ex-
pressions ex seminibus frigidis, Aquæ
stillatitiae, brodia alterata, & quando-
que etiam potus calidus, & his similia;
juxta oraculum divini seqñis Hippocra-

H tis,

tis , in lib.6. epidem. sect.7. *Multa de-*
quocunque recte præcipi possunt; alia qui-
dem eadem potentia , alia autem non.
Eligenda proinde sunt illa remedia, quæ
minus offendunt , & easdem virtutes
itidem promovere possunt.

Hæc igitur, Vir Sapientissime, pro in-
ventione , usu , & methodo Aquæ fri-
gidæ in curandis febribus , præcipuè tibi
præscribere , meaque consilia aperire ,
sat suffecisse statui ; summatim tamen
meos sensus exponere volui , ut satieta-
tem longæ epistolæ effugerem , atque ne
eam ob prolixitatem odiosam redderem.
Scio enim, Te , non modo , quæ scripsi ,
sed quodcumque aliud significare potuiss-
sem , jamdiu didicisse ab Hippocrate ,
Galen , Tralliano , Cornelio Celfo ,
aliisque antiquissimis scriptoribus ; qui
de hujusmodi necessitate adeo signa clara
præbuerunt , ut nullum locum dubi-
tandi in posterum reliquisse videantur.
Sin autem quæ scripsi male ordinave-
rim ; habent causam in conspectu tuo ,
& tenuitas ingenii mei , cui aliquid me-
lius non occurrit ; atque tempus , quod
praxi

praxi dicatum habui, quod animum peregrinabundum tenuit; meliora enim si cupies, apud sapientissimos scriptores invenies. Ceterum, ut omnem rem persolvam, & ne tibi tandem desim in iis, quæ à me jam olim, quām studiosè efflagitasti; alteræ parti tuæ petitionis satisfaciām, nempe aliquas febres, vel morbos, disceptando transcribere conabor, de quibus præcipue controversiæ ad præsens in praxi agitari solent; num scilicet iisdem Aqua frigida aliquando suffragari possit; & quamvis de his fere mille exempla adducere possem; quia tamen de quibusdam dumtaxat dubia resolvenda mihi proposuisti, de illis tantum verba faciam; & quales sint intentis meæ determinationes, singulatim ad trutinam vocando, palam faciam.

FEBRIS HECTICA.

Febris hectica, quamvis sensim hominem invadat, & lento modo procedat; sine sensu tamen, corpus omnibus humiditatibus spoliat; & ad

H 2 ta-

tabem perducens, illud tandem corrum-pit. Crediderunt enim antiqui, à calo-re facto progigni; non quidem in humo-ribus, sicut in febris putridis; sed in ipfius substantia cordis implantato, qui sanguinis dissolutionem promovens, partium solidarum contabescentiam in-vehit. Immo non defuerunt quidam ex iis, qui asserere conati sunt, hunc ca-lorem, ipsa ardente intensiorem esse, cum quia ab hac multoties procedit; tum quia hec tica necessario interficit ex sua propria natura, nisi diligenter præve-niatur, febris autem ardens contingenter. Et quanquam hanc intensionem, ex-plicassent multi, radicalem esse, & non adjectivam, sicut in causonide; quem-admodum significat Ludovic. Mercat. in tract.de febre hec tica diffic. I. Nihilomi-nus tamen, quia vires acquirit eundo, modo frigidis in potentia remediis; in-terdum etiam sola Aqua frigida curare, diligentiam adhibebant; instituendo scilicet compluries pro potu, & quando-que pro balneo, ut videre est apud Ga-lenum in methodo.

Verum

Verum enim verò, licet non ad remedium calorem, qui accidens febris est, & propriam essentiam non designat; immo etiam si determinaret, pusillus esse solet; sed ad moderandum sanguinis motum liquatium, nonnulli ad præsens, hujusmodi praxim consentaneam quoque decernunt; ego autem sicut in postremis non habeo, omni ex parte tamen non recipio. Nam si antiqui Aqua frigida utebantur incurantia febris hectice; consilii habebant satis ad effugienda pericula; cum non omni tempore, in excedenti quantitate, & ad modum frigidam exhibebant; sicuti hac nostra ætate usu rectè haberri posse, aliqui credunt. Etenim sanguis in hectica, quanquam laxatur, sensim tamen dissolvitur, & non ocius colliquatur, sicut in ardente; tanto magis, quia hectici, carnem, & spiritum sufficientem non habent, ut Aquæ magnam quantitatem, & frigiditatem sustinere possint, velut testatur Galenus in lib. 9. meth. cap. 5. s. Ed. fit, ut hecticas febres, nec perinde eas, qua proorsus sit gelida, nec multum

desiderent, cœu qua extenuatis omnino,
 exiguique sanguinis corporibus incidente.
 A credine enim, et si hectici sanguinem
 affluentem habent, in visciditatibus ta-
 men semper illam concludunt; & proin-
 de longius tempus durant, subitoque
 disperdi non videntur. Et licet Galenus
 alibi, Aquam frigidam in Hectica, usū
 habuisse quandoque legimus; non pror-
 sus gelidam, quæ multum noeva est; sed
 frigidam dumtaxat, velut minus insi-
 cientem, primis diebus, & non ultra,
 permittebat; ne sanguis in summis fri-
 gidityibus obrui posset, & solida ulter-
 ius contabescere viderentur. Sic enim
 loquitur in libro de Mareore cap. 7. Di-
 fertur est supra de diariarum febrium diffe-
 rentia, quasdam cum hecticarum genere
 communiceare, priuataque die non posse exca-
 dae cognoscit; sed in secundâ, vel inter-
 tia. Ac primum cum cognita fuerint,
 aqua frigida ipsa danda est; quippe ea
 tempore est tutissima, cum virtus vali-
 da sit, & sanguis in corpore copiosus con-
 tineatur. (Et en tempus, quod conci-
 pit congruum). Nam ubi febres morantur

traxerint, vires redduntur imbecilla, & sanguis fit paucus. (Modo detrimen-
 ta, quæ afferre potest, describit). *Du-*
plici igitur lœsione lœduntur. Altera qui-
 dem, quia ex *Aqua* potionē, pars aliqua
 feritur, ac refrigeratur. Altera quo-
 niam, qui eam exhibent, nisi modum, men-
 suramque tenuerint, non solum aliam
 quampiam particulam refrigerabunt; sed
 eam ipsam, quæ principium generationis
 febris obtinet. Quin si ipsum cor largius
 refrigeraris, si quidem innatam suam hu-
 miditatem servet, concidit virtus; si
 seccius jam existat, affectio senectuti si-
 milis subsequitur. Ignis enim magnus
 metalla fundit, parvus vero ceram li-
 quefacit: at si moderari debent, non
 possunt pari virtute reduci; nam si ma-
 gnum ignem, certa quantitas *Aqua* coe-
 ret, hæc quidem exiguum profecto ex-
 tinguet. Ita à pari in casu nostro; fe-
 bris hectica pusilla est, & sensim corpus
 liquatione consumit; febris autem ar-
 dens magna est, & ocius sanguinem dis-
 solvendo disperdit; hinc si *Aqua* fri-
 gida in hac ignem febrilem moderat, in

hectica, cui pusillus inest calor, ex aquo annino obrueret.

Sed quid dicam de hectica simplici; si in putrida, quam adnexam quandoque habet, quæ majorem calorem invehit, sive citeriorem motum in sanguinem introducit, maxima moderatione. Galenus utebatur, scilicet in pauca quantitate, non ultra consuetudinem, & datis dumtaxat quibusdam temporibus; sic enim scriptum reliquisse reperio in lib. 10. meth. cap. 5. *Maxime tamen, ut dictum est saepius, siccis, calidosque affectus, statim à principio hectica corripit; sicut mulieri accidit, quæ autumno ex tristitia, & vigiliis febricitare cœpit. Perseveravit enim ad plurimum hyemis; hanc quarto die, ut scis vidimus, deprehendimusque statim hecticam esse febrem, cum alia, quam humores contraxerant conjunctam. Curatio autem una tum fuerat, at frigida tempestivè, & moderatè daretur, consuetè scilicet per sanitatem bibere. Si igitur Galenus in hecticis, febre putrida laborantibus, ulteriori calore, sive motu in vecto in sanguinem,*

pro-

propter partium debilitates , non ultra institutum , Aquam frigidam exhibebat ; quæ spes de futura utilitate nos sustentare potest , si affluenter , & admodum gelidam propinare studebimus ? Cæterum hectici in progressu , potius humiditate deficiunt , quam calore excedenti abundare solent ; quapropter humectantibus citius , quam refrigerantibus opus habere videntur ; quia vires non resolvunt , nec obruitione corruptunt ; ut sicut perbellè nimis explicat Ludovicus Mercatus in loco supracitato § . Est quidem non leve periculum in refrigeratione , et quod per efficacem maximè qualitatem inducatur ; & ob id periculosa existit ; adeo ut passio censenda sit potius , quam actio ; quo sit , ut imbecillum corpus citra noxam id omnino ferre queat ; & diverso verò siccitatis , per ea quæ humectant , curatio , ut longo tempore est opus , ita minus est , quam refrigeratio periculo exposita . Hanc praxim cum rationi magis congruam , periculi expertem , immo magis proficuam didicissent antiqui , fere sequuti sunt omnes , ut vide-

re

re est apud Galenum in lib. 7. & 10. methodi; Averr. 7. collectan.; Paulum Aeginetam in lib. 2. cap. 33.; Mercurialem in lib. 5. de febribus cap. 7.; Danielem Senneatum in lib. 3. cap. 3. de hecrica, & alios.

Et tandem, quod ruiturum prævenire poterit, si sudores, vel alii fluxus promovere apta est? hi enim sunt termini, in quibus hecrici sæpenumero vitam concludunt, & nullo modo integrari posse videntur. Quapropter Aqua nostra frigida usualis, securior esse poterit; quia minus inficit, vel si nive illam refrigerare aliquis aliquando exoptaverit; more Galeni non sit gelida, sed dumtaxat frigida, sive minus molesta, & in principio ad prandium, moderata, & non ultra consuetudinem.

FEBRIS CUM SOMNOLENTA VIGILIA.

OMnis quidem febris, quanquam pro diversitate causarum, methodum varietate distinguit; ob disparitatem tamen symptomatum, etiam multipli-

plicem quandoque reddit. Siquidem multa sunt symptomata , quæ sola febris resolutione distrahuntur ; non pauca etiam eidem aliquando superveniunt , quæ ob citidem perniciem , quam afferre solent , totam curantiam ad se trahunt ; in quibus , si studium , ac summam diligentiam non adhibemus ; æger citius corrumpi videtur , quam febris ipsa distrahere potis esset.

Præ cæteris autem videtur esse illa febris , cui somnolenta vigilia supervenit : nam somnus morbosus , non solum omnes animales functiones pervertit ; sed caput ipsum cum magna quiete , inducta urgentiori ægritudine , non semel ex toto disperdit .

Ad hoc igitur symptoma removendum , imparem vim , sicut in vero per vigilio Aquam frigidam obtinere posse , sibi quamplurimi persuadunt ; quia sanguis , licet quandoque effervescat , crassitatem tamen saepe etiam præsefert ; & dato , quod acrimoniam quoque concludat , semper segnis esse solet ; sed quodd , quacunque causa illud promoveat ; semper obstruen-

struendo effingit ; hinc cum Aqua frigida , non solùm humiditates præstet , quæ sanguinem diluere possunt; verùm etiam , quia ob frigus in motu effervectivo illum tardigradum faciens , spissum aliquo modo reddit ; non potest illa impedimenta removere , quæ spiritus à motu progressivo , sive directo distrahit , & somnum adepta quiete suboriri faciunt .

Veruntamen , quia somni præternaturalis variæ sunt causæ ; & eundem promovere possunt , non modo sanguinis serofæ colluvies , ut in lethargo , Caro , Apoplexia &c. quin etiam sulphureo salinæ quedam febrium recrementa ; quæ haud obruitione spirituosarum substantiarum , vel nimia laxatione nervorum , animales functiones suppressunt ; sed inducta rigiditate in poros cerebri , & nervorum ambulacra , motum progressivum spiritibus inhibent , & refluxum adaugent ; non implicat quo minus hoc symptoma , quod Coma vigil appellatur , quandoque usu Aquæ frigidæ deduci possit ; & eò magis , quia febri me-

de-

detur, quæ illud progignit, & sustentare solet. Ob ingentem enim flamمام, & distractionem humiditatum, compluries cerebri pori, & capitella nervorum sua diametra obliquant, & sine tumore, abscessu, vel crudo infarctu, quemadmodum liberum processum spiritibus interdicunt, ita eosdem motum retrogradum, confusum, & divaricatum, majori impetu aggredi, jus faciunt; prout scite doctissimus Thomas Villisius in cap. 5. de Pervigilio, & Comate vigili erudire videtur. Pori, & meatus in cerebro, qui spirituum ambulacra sunt, licet à materia crassiori, & soporifera e cruxis massa suffusa occupentur, ut spiritibus à solita expansione, & mutuo commercio plurimum inhibitis, sopor jam gravis, & inexpugnabilis imminere videatur; tamen quia spiritibus istis particulae quædam acres, & summè agiles, veluti totidem aculei adhærescant; illi perpetim in motus agitantur; ideoq; illorum aliqui, vias utcunque præclusas, & sepimentis obductas perrumpunt, & directè, aut oblique, qua ullatenus data via

via est, occurſant; atque talis horundem
 motus, utpote confusus, & propter impe-
 dimenta divaricatus, licet exercitium
 functionis animalis compleatum instituere
 nequeant; tamen istius requiem, & ces-
 sationem facile interpellat; propterea
 quidem, ut hoc morbo affectis (non aliter,
 quam ſub polo degentibus, quibus Solis
 tantum medietas ſupra horizontem verfa-
 tur), neque perfecta nox infitet, neque
 perfectus effulgeat dies; ſed illi tantum
 medio inter ſomnum, & vigiliam, crepu-
 ſculo fruantur. Qua de cauſa antiqui hu-
 juſmodi ſymptoma, mixtum appellarunt,
 à pari dominatu diverorum humorum;
 bilis, & pituitæ pariter inter ſe concer-
 tantium ortum; ad differentiam ſim-
 plicis, ſive veri ſomnolenti, quod fie-
 ri crediderunt, vel à pituitæ ſimplicis,
 & incorruptæ abundantia, vel à cerebri
 exolutione, aut ab ejusdem perfrigera-
 tione, febrilis ardoris conſectaria. Et
 hanc existimationem, ſi quoque tutari
 animus meus induxit; dicere possem,
 quod cum pituita in decurſu magnæ fe-
 bris abſumiſueſcat, & bilis dominatum
 acci-

accipiat, hæc ob adauias effervescentias, cùm majorem acrimoniam concipiatur, & fortiores irritationes promoveat, aptior efficietur, laqueos intexere, quo minus spiritus per sua ambulacra liberè produci possint; haud quaquam tamen in suo fonte, & cerebri emborio ob crassitudinem, obruitione corrupti. De his autem excogitatis, non obscuram conjecturam assequi possumus, quia exacto principio, somnus sensim recedit, & vigilia crescit; febris incrementum capit, dolores in capite, & toto corpore ordiuntur; phrenitis plerunque succedit, & convulsiones suboriuntur; ut optimè notat Hippocrates in lib.coacar. prænotionum secundum partitionem, Ludovici Dureti in cap.de Caro, & Comate textu 2. Qui ab initio, & continenter sunt Comatosi, una cum capitis, lumborum, cervicis, hypocondrii dolore, somni expertes; etiam ne phrenetici? Et in textu 3. Comatosi, quibus ab initio sudatiuncula exudavit, cum perniolestur urina, & ardore febrili, immeritd aliosi; mox astu excandescentes, comatosi,

tosi, subinde ad pedes delapsi, mortiferum habent malum. Et tandem in texor
 9. *Comatosi, etiam ne quid habent convulsificum?* Et quis sanæ mentis inficiari poterit, hujusmodi symptomata febri acutæ, & comatosæ supervenientia, à simplici spirituum tarditate, humorum crassitie, & nervorum laxitate non provenire; dum sine motu irregulari spirituum, liquorum nimia agitatione, capitis, & partium corporis summa instigatione, explicari non posse videntur? Frequentabat enim laude dignus supracitatus Thomas Villisius etiam narcotica in somnolenta vigilia, ad inferendum otium agitatis spiritibus. At licet tranquillitatem aliquo studio in hoc removendo symptomate, semper promovere debemus; pace tamen tanti viri; sicuti laudibus hanc methodum honestare; quandoque non repugno, ita si in augumento magnæ febris Comæ vigil, supervenerit; narcotica semper proficua esse censum non habeo; nam hujusmodi congruam humiditatem beneficitantibus, sicuti Aqua frigida non

præ-

præstant, quam ingens febris, ob magnos æstus devastare solet; Spiritus enim, si motum confusum, & indirectum aliquando ordiuntur; biliosa sanguinis recrementa suæ, quæ ob acredines, & fervores, cerebri poros, & spirituum ambulacra coangustant, & illa, cum Aqua frigida à vitiis, quæ contraxerant, reducere possit, ipsum coma, quod promoverunt, distrahere valebit.

APOPLEXIA.

Secus verò in Apoplexia, quæ febre caret, sensu, & motu privat, ac profundum somnum, non sicut Coma vigil promovere solet. Materia m enim morbificam alterius indolis, & ferè contrariam pro causa agnoscit, quæ non in cerebri tantum ambitu exteriori, sed ultra pergens, omnem motum spiritibus inhibet; ut optimè advertit supracitatus Villisius, in cap. 8. secundæ partis suæ pathologiæ; ubi. *Quod si de materia hujas morbificæ indole, sive natura inquiratur; suspicari licet, spiritus ani-*

I males

male & in Apoplexia, planata modo, ne
in passionibus comulgis affici; nempe sy-
derationi abnoxias, copulam explosiva con-
trariam, hoc est vitriplacatam, quam
nitro-sulphuream adfeccere; praindeque
ab ea spirituo-salinas illorum particulas
prorsus figi, &c a motibus, sive explosio-
nibus, inhiberi. Itaque si Aqua sua fri-
giditate, spiritibus, si nimis agitati,
fuerint, quietem inferre potest; hanc
si praeter modum propter aliquem mor-
bum contraxerint; Injuncta, inducta
frigiditate consequerentur; adeoque
ipsam Apoplexiam fortiprem facillimè
reddent.

Hanc tamen existimationem, qua-
quam pro accidentali Apoplexia fere
omnes recipiunt; pro habituali autem;
non aquæ omnes sustentant: nam cum
Apoplexia habitualis à cerebro, vel à
sanguine principia ducatur & hujusmodi
non semper frigida, & gelatinosa sub-
stantia repleri videantur, èd quod etiam
ea orbata, ad presentiam acrum, & bi-
liosorum humorum Apoplexiam pro-
moveri experientia in dies sape demon-
strat,

strat; hinc dīvidentes Apoplexiā in calidam , & frigidam ; sicut huic calida præsidia commodū afferre posse credunt ; ita illi Aquam frigidam minime deesse putant.

Hujuscemodi enim determinationes ab Hippocrate , & Galeno derivatas esse pronunciant ; Siquidem Hippocratem in lib. de Glandulis , hac scripsisse referrunt. Cerebrum enim cladem perfert, etiam ipsum non siccum existens ; sed si quidem rotatur , turbationē vultum sustinet , & mens desipit , & cerebrum convellit , ac destrabit totum hominem , qui in se ipso motum noscet , & suffocatur ; & hac affectio syderatio , ac grāce ἐπαντίκαια dicuntur . Aliquando quidem aqoris non est fructus , sed capsa in cerebrum arruens , ipsam affigit , & mens perturbatur , & homo circumambulat , aliena cogitans , aliena videns , perferens mortis mores , visu , auditu , & peregrinis imaginacionibus . Et Galenū in lib. 2. aphorism. 42. Omnes autem Apoplexis fūnt , vi animali non potente defluere ad partes infra caput existentes , aut propter dispon-

sitionem inflammatoriam, quæ in ipso cœrebro sit constituta; aut ventriculis ipsis oppletis humore pituitoso. Igitur cum Aqua frigida in calida Apoplexia, acredines, & fervores à sanguine removere apta sit, & eidem etiam permittere, ut familiares, ac congruas substantias cœrebro, & nervis subannulifret; rigiditates etiam destruet, ob quas virtutes subtrahi solet.

In quorum confirmationem observationes quasdam ipsius etiam Hippocratis in medium adducunt, qui in calidis quibusdam Apoplexiis, Aquam multum profuisse narrat. Et prima est Historia Mnesianætis, quam idem descripsit in lib. 7. de Morbis Popularibus num. 25. ubi Deambulante ipso in foro, splendores præ oculis observabantur, & Solem non valde ferebat. Cum autem parum discessisset, extra se ipsum erat, & collum convulsus est. Postquam domum deportatus est, vix suspexit, & ipse vix sui ipsius erat. Primum autem collustrabat circumstantes, & corpus refrigeratum est; vix verd recalcitus est, utriculis, & fomentis adbitis.

bitis . Postquam autem ipse intra se ipsum esset , & exurgeret , non volebat exire , sed timere dixit ; si vero de gravibus malis aliquis differeret , subducebat se propter timore ; quandoque etiam caliditatem sibi ad praecordia allabi dixit , & oculorum splendores comitari , & alii egestio multa , & saepe ; & similis hyeme contingit ; facta est venæ sectio ; datum est veratrum ; bibit lac bubulum ; prius autem asinimum contulit ; & alii egestiones sedavit , AQUÆ POTUS ab initio , deambulationes quoque , & capitales purgationes .

Secunda verò est Historia Androphani , quam designavit in eodem lib. nu. 43 . Androphani vocis interceptio , ignorantia , delirium ; his sedatis supererat multis annis , & recidivæ fiebant . Linua permanebat per totum tempus siccata , & si coluvie non uteretur , loqui non poterat ; & plerunque erat valde amara ; aliquando dolor etiam ad Cor . Venæ sectio solvit hæc , AQUÆ POTUS , Aqua mulsa . Sanguinis enim missio Androphanum sublevabat ; venæ sectio Mnesianæ tem. confir-

firmabat; Aqua Androphano juvamento erat; & Mnesianacti manum præsidariam præstabat; Et quæ argumenta majori probabilitate ostendere possunt, (inquiunt), hos calidam Apoplexiā obrepisse? Sanguis enim nunquam exrahitur in frigidis affectibus, neque Aqua tribuitur in humorum lento-ribus; igitur si humores acres, fervidi, & motu violento præditi; possunt aliquando Apoplexiā invehere, Aqua frigida, saltem calidæ Apoplexiæ pro remedio esse posse, decernunt.

Dum hæc meditabar, & hunc sensum cuidam sapientissimo Viro hujus opinio-nis maximè tutelari exponebam, idem mihi palam fecit, se vidisse fæminam quandam, ex immodica vini vinosi ingurgitatione apoplecticam factam fuisse; & cum nullis remediis à lethargo, quam obrepserat, excitare potuisset, ne illam sine remedio dærelinqueret, multa nive faciem ipsius cooperiendam esse, injunxit; hac praxi instituta, illa ni-vem liquefcentem sensim fugere cæ-pit, de qua cum multùm oblectaretur,

plu-

plutinum haufit, & sana evasit.

Tandem, ajunt, quod A poplexia, quam
quam sit ab humore craſo, pituitoso,
& condensante; posito, quod Aqua,
juxta sententiam Galeni; & Sanctorii
Sanctorii existimationem, unit calorem
debilem, & fere extinctum, & tollit fic-
citatem congelationis, qua amota na-
tivus calor fovetur ab influente, posito
etiam, quod ejus frigiditas motum causat
calorem, & spiritus auget; æquè poterit
hujusmodi affectus Aqua frigida curari.

At, qui hanc sententiam consequantur,
si rem intimius perpendissent; utique
meo videri illam ablegavissent, & proba-
biliorem, & potopraxi non degenerem
assequuti forent; nempe, A poplexiam
habituellem, licet aquæ, nunquam ta-
men actus frigidis remedis removeri pos-
se; etiam si à causa calida processum ha-
buisse, iudicia certa probuerit; ed quod
sive in capite, sive in sanguine hujusmo-
di principia fiant, Tempor humores il-
lam producentes sennas craſtines re-
ferre solent; hoc autem conjectare pos-
sumus, quia catarrhs quandoque super-
venit,

venit, fortis vertigini succedit, longissimis capitis doloribus accidit, & cachexiis plerunque familiaris efficitur; & haud dissimulans, quod etiam à fortis convulsione membranarum capitis multoties derivari possit, eo tamen inficias, quod Aqua frigida illam distrahere potestatem habeat; cum liquores, qui spasmum afferunt, semper in crassitiebus acrimoniam concludunt. In absentia enim febris Apoplexiam ordiuntur, diuturnam efficiunt, & quam maximè, etiamsi levissima sit, fortissimis praesidiis tenitentem; unde non immerito Divinus Senex Hippocrates inter desperatos mortuos reposuit; nam in lib. 4. aph. 42. inquit, *Solvere fortis Apoplexiam impossibile, levem verò non facile.*

Et quanquam convulsio, à rei inanis stimulis, etiam advenire possit; à corpulentioribus tamen, sive crassioribus, diuturnior efficitur, & compluries etiam irresolubilis redditur; frigus enim cum tarditatem promoveat, ab humoribus crassis, lentorem non auferit, ac proinde neque acrimoniam removebit, sed illos

illos concretiores faciens , ulteriores complexus ordiretur . Sed quid dicam de Apoplexia , dum febris ipsa , quæ calorem immodicum invehit , si crudæ crassities in corpore redundant , Aqua frigida tutò curari non potest ? Et dato , quod aliquando profuisse visa fuit (præterquam quod nunquam mihi experiri obviam venit) non frigiditate quidem utilitatem invehisse mihi persuadeo , sed potius humiditate ; quæ humores lentescenes fluere facit , & acrimonia præditos , pacatores reddit ; ut optimè ad rem nostram advertit Doctissimus Antonius Valesneri in epistola ad Illustrissimum Marchionem D. Didacum de Ara Cœli , in qua sic scribit . *Posta dunque questa dottrina , ch' io verissima ho con l'esperienza osservata , può aver giovato l'Acqua in una delle accennate calde cagioni ; ma torno a dire anche in questo proposito , non come attualmente fredda , ma come umida , e addolcente , e dissolvente l'acrimonia de sali , e il torbido degli zolfi ; o domando , o intenerire facendo , e flussili , e lubriche rendendo quelle fissate materie , che*

che impedivano il corso agli spiriti: Vengendo con chiarezza ogn'uno, che quelle Acque benche freddissime ingojate, passando per tanti luoghi caldissimi, e finalmente pel cuore, non possono giammai al capo giugnere, se non anche esse calde caldissime, e colà esercitare la loro forza col bagnare, temperare, e lavare, rendere scorrenti, e portar fuora quelle accennate ostili materie, non vincerle come fredde. Præterea semper me terret respectus partium, quæ cum sint principia sensus, & motus, facile Aqua frigida jacturam iisdem afferre posset; siquidem membris omnibus exanguibus, & frigidis, calidum amicum, & frigus inimicum semper esse suescit.

Quod si Hippocrates Aqua utebatur in curantia Mnesianætis, & Androphani; nunquam tamen frigidam exhibebat, sed solum loco simplicis potus naturalem instituebat; etenim Mnesianæti collum convulsum erat, & calidates usque ad præcordia sublevabantur; ac Antrophano, quia lingua exiccabatur, minime deerat; vinum enim non concedebat;

quia

quia ulteriores stimulos Capiti infirmitato advehere potuisset, & obstructiones in spirituum ambulacris fortiores reddere; ut in lib.acut.num.30.idem Hippocrates notat. *Suspicanti autem in his morbis Capitis gravitatem fortem, aut mentis percussonem, omnino abstinentum est à vino. Aqua verè in hujusmodi utendum est; aut aquosum & album omnino dandum est vinum, & omnino sine odore, & post illius potum Aquas parum insuper bibendum; ita enim: obur vini, minus percutit caput, & mentem.*

Experimentum enim ebriæ supra descriptæ defectuosum esse mihi videtur; cum profectò apoplecticam factam fuisse, nec quidem suspicaverim; nam si Apoplexia verè detenda esset, haudquam Aqua frigida, quæ humores aliquo modo spissos reddit, restitui potuisset; sed remediis motum tribuentibus, & crassities distrahentibus, ut idem significat in lib.de morbis; *Quod si ab ebrietatisibus hæc patitur, itidem moritur, nisi febris superveniat. Aqua enim frigida, febrem sœpe extinguit, quia motum dis-*
solu-

solutivum sanguinis magna ex parte
coercet ; febris autem ipsam Apople-
xiam, quia ejusdem crassities resolvit.

Consuetum enim est ebriis aliquando
tali somno præhendi , ut verè quando-
que pro apoplectis habeantur, cum ne-
que fortissimis stimulis excitari queant ,
& tamen non semper Apoplexia detineri
solent. Scio enim Tabernarium quendam,
qui cum ebrius factus fuisset , à profundo
somno correptus fuit ; in lectulo enim
veluti mortuus jacebat , & apoplecti-
cum redditum esse , qui adstabant , sibi
persuadebant . In collo enim gestabat
quasdam glandulas strumosas semi-sup-
puratas , quæ ob sordities , quas præse-
ferebant , cruxas etiam contraxerant .
Gallum namq; habebat per domum erran-
tem , qui escam sibi parare avidus , le-
ctum ascendit , & rostro glandulas sen-
sim rodens , omnem illarum substantiam
extraxit (ridiculè quidem), nunquam
à somno , quo detentus erat , expergi-
sci potuit , donec omne vinum digere-
ret. Excitatus autem post aliquot horas ,
fanus rediit ab Aphonia , & à stramis ,
tran-

transactis aliquot diebus , etiam liber evasit . Non enim omnis Aphonia , Apoplexia est ; cum mulieres , quæ hysterica passione afficiuntur , multoties etiam aphonæ fieri videntur ; & tamen Apoplexia non laborant .

Quod autem Aqua frigida , Apoplexiæ divertere possit , maxime , quia calorem ad interna revocans , stabiliorem , que faciens , motum imprimat conglaciatis humoribus , qui spirituum ambulacra infarciunt ; hoc sicuti gratis ab hujusmodi sententiaz fautoribus assertum , fuisse video ; ita etiam satis probatum non invenio ; siquidem multa corpora viventium reperiuntur , quæ ob excessus frigus , etiam calore interno depauperantur . Et licet Hippocrates in lib . i . aph . 15 . dicat . *Ventre hyemo , & vere , natura calidissimi sunt ; quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda ; Attamen cum de bene valentibus præcipue sermonem habeat , ut declarant illa verba , quæ in fine citatæ aphorismi apponit , v3 . Etenim tunc calor innatus copiosior est , inde , & pluribus*

*bus indigent alimentis; Hinc fit, quod
quia apoplestici, incommoda valetu-
ne tenentur, & fere calore intus sunt
expertes; non potest Aqua ob frigus il-
lum concludere, & fortiorum reddere.*

Confirmat hanc meam existimatio-
nem Pergamenus Galenus in hoc com.
ubi sic. *Contingit autem hominibus, qui
Aqua frigida perluntur, si debile corpora
habuerint, refrigerari, atque offendit; si
verd robustum primum quidem innaturam ca-
lorem ad interiora refugere; ibique se
ipsum colligere; postea verd ad exteriora
remanentem, multo quam prius erat fieri
fortiorum est. si animalia quaecumque sunt
frigidiora, iis calor innatus, à frigore
hiberno superatur, adeo ut fere exein-
gentur; quamplurima ipsorum simili-
mortuis conspicuntur; cum sine sensu, ac
metu in lateribus jacant; quedam vero
prosperis in hoo affectu moriuntur. Igitur
si animalia frigida natura praedita, à fri-
giditate tempestatis plorunque magis la-
di soleant; quid dicendum si majorem
frigiditatem ob aliquem morbum contra-
ixerint? Præterquam quod si frigus in-
cru-*

crudis, & crassis redundantius, calorem
intus sustentare posse, nuaquam apoplexie
tempore hiberno promoveri
suecerent; cum per frigus tempestatis,
hujusmodi crassitudines primi status acta
re texerent; sed in hoc tempore magis
graffari videntur, ut idem Hippocrates
etiam advertit in lib. 3 Aphor. 23. Hyeme
autem pleurides, pulmonum inflammations,
lethargi gravidae, rauicitates,
tussis, dolores pectoris, latenum, & ca-
pitis vertigines, & apoplexia. Hinc est,
quod si frigus, crassities, quae apople-
xiam pariunt suumoperè promovere
aptum est, non potest. Aqua ob frigus,
illarum mores corrigeret, & a vitiis, quae
contraxerant revocaret. Abundans enim
Aqua frigida, potius potius apoplexiæ
confusim parturiisse, quam verè ger-
mavit esse vius fuit.

Sic enim accidit anno elapso Alexio Rossi, Scriba paritissimo S.R.C., qui fe-
te senio confectus, & multis copiis craf-
sorum humorum redundans, cum causa
magne febris Aquam frigidam abunda-
ingurgitare coactus esset, mox Apo-
ple-

plexia correptus , obiit.

Carminus Lago, etiam Scriba integer-
rimus S.R.C., cum ad explendam litim
tempore estatis multam Aquam frigidam
in potu haussisset , noctu ab Apoplexia
raptus , occubuit .

Dominicus Anastasio , mercator ce-
leberrimus nobilis Artis serici, ex abun-
danti sorbitione cuiusdam saccarati , &
nivati liquoris ; adveniente apoplexia,
die sequenti , ultimum vale mundanis
dixit .

Ad extremum si hoc Aquæ frigidæ
propriè , & per se inesset , semper calo-
rem intus foveret ; adeoque neque febri-
bus ardentibus præstò esse posset ; cum ex
haç hypothesi , omni tempore calorem in-
tus accresceret , & nunquam remove-
ret .

Sanguis enim si aliquo modo crassescit
in febribus , & Aquæ frigidæ potu ple-
runque dilui videtur , motum effeve-
ctivum incongruum supponit , qui hu-
miditatum quadam distractione coctio-
nem promovens , ejus particulæ veluti
corpulentiores facit ; juxta illud Hippo-
cratis

cratis in lib. prognostic. num. 9. *Inspissa-
ri autem aportet egestionem, morbo ad ju-
dicationem tendente.* In apoplexia au-
tem, quia naturam vitriolicam veluti
acquirere suescit, sine humiditatum di-
stractione, spissum fieri contingit; ac
proinde si in febribus, frigiditatem, &
humiditatem adjiciendo, sanguinis fer-
vorem moderatur, & cursum properat;
*in Apoplexia ob defectum fervoris, mo-
tum abstraheret, & majorem crassitatem
inferret;* quapropter, cum in calidis,
& frigidis apoplexiis crassitudines æqua-
reducent; licet hujusmodi imparem-
vim obtineant in subtrahendis virtuti-
bus, & diversa curantia indigeant, ut
emendari possint; frigiditatem tamen,
semper respuunt, et, quod nervorum
ductus, & cerebri pori, vel à materia ca-
lida, sive acri fortiter obstringantur,
aut intus à materia frigida constanti
complexu teneantur; liquores tamen,
qui eos circumsepiunt, semper crassitu-
dines referunt, & tardi in motu fieri so-
lent. Si enim caliditatem, sive acredi-
nem sine crassitie concluderent, vel mo-

tus convulsivos, & non stabilem convolutionem promoverent, aut ipsam. A poplexiam non tam gravem redderent. Quamobrem in calidis Apoplexiis, ubi spirituosa non prosunt, medicamenta solum sint aquæ substantiæ; vel si ipsa Aqua pro remedio uti volumus, illa sit simplex & naturalis ad potum; sin autem ob exigentiam morbi, affluenter usu haberi oporteat, calida semper exhibetur, quia faciliter crassitudines resolvit, & si qui sunt stimuli, ab iisdem imagines aufert; ceterum cum summa frigiditas in corporibus debilibus torporem quodam modo inferat, caput & nervos ulteriori debilitate opprimeret.

PLEURITIS.

Quemadmodum, & multi morbi, ovarium causarum concursum, consueta præsidia respuunt, & insuetis, ac quandoque etiam contrariis acquiescere solent; ita etiam non semel Pleuritidem modo calidis, modo quoque actu frigidis remediis extingui posse

se quamplurimi credunt; calidis quidem si à materia cruda, & crassa oriri videantur, frigidis autem si dolorem lateris, magna febris promoveat. Grandis enim febris, humidæ substantias quamprimum dissipat, sanguinem in motu projectivo tardigradum facit, & continentium partium ob varia incitamenta diametra etiam obliquat; hinc liquores excurrere nequeentes, sibi invicem luctando efferi fiunt, majori firmitudine intercluduntur, & pleuram compluries intéripientes, sæpenumero quoque corruptumpunt; per frigus enim crebro illorum fervores ad moderationem vocantur, & per humiditatis adjectionem, pariter partes continentæ à contracta tensione recedunt, ac iisdem processum restituunt; unde pleura jam septa à liquorum acrum copiis; à dolore etiam vindicari posse sibi persuadunt. In cujus confirmationem multas experientias similiter adducunt, quas passim à suis publicis scripturis, olim Te habuisse scio.

At quia pectus ob summas frigiditates semper angustias patitur, haudquaquam

hujusmodi rationes, in animum meum
 credulitatem inducere potuerunt, quod
 Aqua frigida veræ Pleuritidi, etiam
 cum magna febre prodesse possit: nam
 ingens frigiditas, tussim, quam Pleuritis
 comitata habet, non removet; sputum,
 quod exoptatur, non producit; & inflam-
 mationem, cui adjungitur, non dister-
 minat; immo rigiditates in pleura ma-
 jori vi coagmentaret, avulsionum ex-
 pértem redderet, ac ipsam Pleuritidem
 contumaciorem efficeret. Quapropter
 magno consilio prædictus noster Hippò-
 crates, rigiditates semper abhorruit,
 & à calidis fomentis curantiam primùm
 inchoandam esse præcepit; ut inducta in
 solida laxitate, spina à pleura facile
 abstrahi possit; sic enim loquebatur in
 lib. acut. num. 15. *Lateris autem dolor,*
sive in principio fiat, sive postea, cale-
factoriis quidem primùm, non alienum est
tentare dissolvere; ex calefactoriis autem
optima est Aqua calida in utre, aut in
vesica. Cujusvis enim veræ Pleuritidis
 curatio, in inflammationis remotione
 reponitur, quam excedens Aquæ frigi-
 ditas,

ditas , profectò incrudefceret , & nec
resolvi , aut maturari posse permitteret .
Magnam enim febrem Sapientissimus
Senex , solummodo privativè , sive pa-
buli subductione , nempe larga sanguini-
nis missione , avertere studebat ; & præ-
sertim si dolore in ad brachium , vel cla-
vicolam vergere prospiciebat , ne pe-
ctus majori angustia affligeretur ; per
phlebotomiam enim sanguis majorem in
fluendo motum concipit , & fibræ cavi-
tatum , congruam laxitatem etiam
adipisci solent ; hinc canales pleuræ pro-
xiimi , toxicum à parte affecta derivan-
tes , ob loci majorem amplitudinem ,
Pleuritidem minus dolentem efficiunt ,
& multoties etiam ex toto resolvunt .
Quietem enim in effervescentes liquo-
res , non semper expedit actuali frigidi-
tate introducere , & præsertim quando
vasa sunt anfractuosa , maximè exigua ,
minusque permeabilia ; quia magna fri-
giditas , ob rigiditates , quas afferit ,
disrumpere posset , quemadmodum do-
cebat Hippocrates in lib. 6. epid. sect. 3.
Frigidum valde venas rumpit , & tuſſim

movet, veluti nix, & glacies, & constringit, veluti sunt eminentiae longæ, & rotundæ. Confirmat hoc tempus hemale, in quo Pleuritides sæpe impetu incedunt, quæ, vel non recedunt, aut sero ob ingens frigus resolvuntur. Tanti enim erat pectoris prospectus apud antiquos, ut etiam in illis febribus, quas Aquæ frigida curare suescebant, si levem tussiculam intuebantur, ab illius usu declinabant; sic enim scripsit Cornelius Celsus in lib. 3. sui operis cap. 7. de febre pestilenti. *Si quis autem in hujusmodi febre, leviter tussit; is neque vebementi siti conflictatur, neque bibere Aquam frigidam debet; sed eo modo curandus est, quo in cæteris febribus præcipitur.* Igitur, si in febribus levis tussicula Aquam frigidam prohibet; quid dicendum in Pleuritide, quæ præter tussim, forte in inflammationem in pleura gignit? Pleuritides enim quamvis magnæ febres comitantur, in pleura tamen semper spinam abscondunt, quæ liberum processum sanguini excurrenti non tribuit; & licet aliquando usu Aquæ frigidæ febris remit-

remittit videatur, inflammatio tamen à pleura non dimovetur, dum etiam febre mitescere, immanitate inflammationis hujusmodi agrotantes supremum diem explorare, prospiciuntur.

Hoc ipsum obtegisse memini anni elapsis Dominico Lambiasi, qui Pleuritide laborans, non solum dolorem perterbrantem in pectore persentiebat, quin à magna febre vexatus, cum lingue aridate, & difficulti respiratione, non mediocrem sitim persentire referebat. Ad quæ removenda symptomata à prima visitatione sanguinem à brachio extrahi jussi; sed nihil hac medicina proficiens, mox abscessus dislocandi visus est, & cum forti tussi multam copiam sanguinis semi-purulenti project; & quantum ad dimovendā crassamenta; & reputandum apostema multa specifica instituifsem, nempe sanguinem hircinum, leporinum, murinam alexandrinam, sperma ceti, oleum dulce, decoctum papaveris rubri, & ferè sexcenta hujusmodi alia, omnia tamen sine conferentia usu tractando dignovi; hinc inito consilio

cum alio medico non infimæ fante hujus nostræ inclitæ civitatis, hic Aquam frigidam experiendam proposuit; quam praxim, et si multis rationibus confutasse, spretis meis consiliis, ipsius consanguinei, illius voto annuere voluerunt. Abundanter igitur eidem Aquam frigidam permiserunt; & post aliquot horas, extincta siti, & ardore, ac mitescente febre, magnam copiam putridæ, ac fœtidæ bilis per alvum projecit. Arrestata proinde occasione ex conferentia, ejus usum producere voluerunt. Proh scelus! non transactis plus, quam duobus diebus, febris, & dolor iterum invaserunt, atque coercito sputo, & suborza difficiли respiratione, è vita decedere visus fuit.

Et quanquam dici posset, quod Aqua Pleuritides incipientes removeat, suppuratas autem non avertat; nihilominus tamen cum per frigiditatem, id quo resolvi, vel abigi debet, inducta quiete non promoveat; licet de recenti factæ fuerint, non allegaret, sed crassius reddendo magis concluderet.

Ob-

Observationes enim, quas afferunt, illud quod determinant, planum non reddunt; cum non omnis lateris dolor, semper veram Pleuritidem designet, tametsi effingat; eò quod spinam longè à pleura suas radices figere non semel experientia demonstrat; ut testimonium præbent multæ evacuationes fœtidæ bilis, quæ hujusmodi dolores laterales in dies distrahunt. Hoc autem brevi oratiuncula explicavit Hippocrates in lib. coacar. prænot. num. 3. ubi. *Cum lateris dolore non tamen pleuritico, & turbulentis tenuis levibus, hi phrenetici evadunt;* hoc est, ut declarat Sapientissimus Ludovicus Duretus in hoc commentario; *Minimè nato ab inflammatione fistrophica membranæ constæ intertextæ.* Hos enim dolores, & non verè pleuriticos, aliquando Aqua frigida delere potuit, & quos hujusmodi opinionis fautores removisse gloriantur; qui quanquam febri acutæ aliquando succedunt, non à vera inflammatione pleuram infestante proveniunt, sed à bilis, huc illuc excurrentis orgasmo potius oriri significant; ut docte nimis

mis supra citatus Ludovicus Duretus, in cap. 16. de Pleuritide, & Peripneumonia textu 49. interpretatur. *Quamobrem,*
si vel Galeno teste, raro ed dicuntur,
quod sint fugaces, hujusmodi autem esse
possunt à biliis orgasmō, quam demonstra-
tum est metapysis in crebram, hac illuc ha-
bere, sicut in cerebro, sic in thorace,
modo infera, modo supera, modo dextra,
modo sinistra, modo antica, modo postica
illius regione; atque dolor talis, non est
verè pleuriticus, nisi forte oporūus di-
catur, & raregnatur, quia non habet
secum adjuncta Pleuritidis patognomoni-
ca, & curved peccata, sed tantum ille do-
lor transit ad cerebrum, ibique parapho-
rica edit symptomata, sicuti jam per or-
gasmum metastasis habuit ex alvo in tho-
racem; paraphorica autem symptomata,
facile in cerebro excitantur. Dolores
enim, qui per consersum fiunt, sine re-
spectu partium ab angustia oppressarum,
multoties levari solent; dummodo me-
dicina illi particulæ à qua proveniunt,
adjungitur; quia stimulos aufert, qui à
longè promovent.

HÆ-

HÆMOPTYSIS, SIVE SANGUINIS SPUTUM.

Quanquam processus Aqua frigida effecit multos, in quamplurimis sanguinis ab ore dejectionibus; à partibus tamen spiritualibus, si sponte dimanaverit, haud uberes fructus usque ad præsens talisse, experientia mihi demonstravit; neque ratio persuadere potuit, quomodo scilicet de illius facultate, sine magno timore in hoc affectu periculum facere possem. Etenim sive obaliquam crassitiem, sanguis à venis excipi nequeat; & reflexione vasa dilatando profunditur; aut inducta magna effervescentia, vasa tenellula polumnum, anastomosi illum trajiciant; vel à præconcepta acredine, hæc eadem erosâ transmittant, aut forti vi distincta promoveant; etiamsi ab Aqua frigida vasæ concludi videantur, semper res est periculi plena; & formidulosus exitus; quippe si crassitiem sanguis adeptus fuerit, hanç Aqua frigida, non summo-
vebit

vebit, quia ob frigiditatem spissorem faceret. Si effervescientiam conceperit, illam si removeret; extravasatum non produceret, cum in coagulum abire faceret, & vias obtiterando, sursum ferrari non permitteret; unde inducta suffocatione etiam vitam præcludere posset. Si erosa canalia fuerint, magis inficiaret; eò, quod *Frigus ulceribus mordax est*, teste Hippocrate lib. 5. aph. 20. Sin autem à forti vi distincta, neque etiam conglutinare posset; quia tussim concitat, illisque exigitam quietem non tribuit; ut idem in lib. 5. aph. 25. *Frigida qualis nix, & glacies, tusses movantia sunt, sanguinem fluere facientia, distillationes afferentia.* Si enim Aqua frigida sanguinem immediate ingredi posset, & per partes à pectore longe remotas, eidem communicari; etiam si pectus inficiatum fuerit, sine illius pernicie, sanguini præsto esse videretur, quia antequam recalesceret, pectus non aggredieretur: at cum citò attingit ob viciniam tracheæ, subitò illi molestiam inferret; quia illud angustiam pati cogeret. Et dato,

dato, quod vasa, rigiditatem afferendo,
 concluderet, illa equidem aptiora red-
 deret ad novas ruptiones subeundas; sic
 enim docet Pergamenus Galenus in lib.
 4. de locis affect. cap. 8. *Insuper nulla ma-
 nifesta extrinsecus adveniente causa, ut
 in cæteris corporis partibus; ita in pul-
 mone, vas aliquod ob sanguinis abundan-
 tiā disrumpi potest, cum videlicet ex-
 tensioni resistit, aut ob frigus à vicinis
 partibus contractum, aut ob innatam in-
 temperiem.* Ita Hippocrates, venas, in-
 quīt, frangit frigidum; atque ipsum per
 se rupturas non facit; sed quia venarum
 tunicas, frigiditate sua duras, & ex-
 tendi contumaces reddens, ut rumpan-
 tur paratiōres efficit. Si igitur frigus an-
 gustias in pectore parit; sanguini intra
 vasa crassitiem tribuit, & extra vasa,
 conglaciare facit; ullimode poterit A-
 qua frigida hæmoptoicis suam manum
 præsidariam præstare. Præterea absces-
 sum non curat, quia non resolvit; aut
 suppurat; crassitudines non delet, quia
 spiritus quadantenus obruit; cursum
 non reproducit, quia canalia ulterius
 illa.

illaqueat ; & tandem sanguinem congru-
matum non derivat , quia vias coangu-
stat ; hinc minus sanguini reducendo
proficiet , & nihil organis utilitatis
afferre posset . Et quanquam Aqua fri-
gida ob firmitatem , quam partibus tri-
buit , aliquando motum projectivam ul-
teriorem faciat , in Hæmoptoe tamen
idem non assequitur , quia impedimen-
ta removere non satis consentanea-
fieret .

Invisebam anno clauso Petrum Anto-
niūm Donadio ; erat autem hic officia-
lis major in cogendis solutionibus vulgo
dictis , *della corretura* ; qui ob Hæmo-
ptoicam passionem , qua detinebatur ,
multas sanguinis spumosi libras , infra
paucos dies ab ore magna tussi rejecerat .
Mediei proinde , qui ejus curam suscep-
rant , inter medicamenta adstringentia ,
quaꝝ eidem subministrabant , certam quan-
titatem Aquæ frigidæ dato quodam tem-
pore permittebant , v3. singulis horis
quasdam pilulas deglutiendas adigebant ,
compositas ex specifico Helvetii , san-
guine Draconis , & fungo melitensi ;
post-

post quas lambendam cogebant mixtum
 Francisci Sylvii de Leboe, pro hoc
 curando affectu præfertim descriptam;
 attamen cum omnem cibum eidem sub-
 traherent, & solis succis ex carne affa,
 ut reficeretur, vim afferrent; ob ina-
 gnam sitim, qua detinebatur, bis in die
 frustulam panis saccarati tribuebant, &
 post illam cyathum grandiusculum A.,
 que frigidæ porrigebant. Cum autem
 æger non relevabatur, ad consilium me-
 vocarunt; accedens ergo, omnia reii-
 cienda esse proposui; & præcipue Aquam
 frigidam; eonsulens dumtaxat, ut cum
 succis carnis affæ, simplicissima alchali-
 na, & non multum styptica medicamenta
 esse offerenda; timens fortasse, ne ex
 forti sanguinis suppressione; æger suf-
 focari posset; tanto magis, quia à multis
 mensibus, quodam spurio empyemate la-
 borabat. Hisce ergo meis votis adstan-
 tes medici, cum non annuisserint, incœ-
 ptam methodum prosequi voluerant.
 Recedens igitur, omne studium iisdem
 reliqui, & cum consuetam methodum
 producereat, expectoratio post paucos
 dies

dies subitè cohiberi visa fuit ; febris autem incrementum cepit, & lingua cum nigro colore süberum ustum simulabatur ; quod cum vidissent, Aquam frigidam copiosiorem fecerunt, & sic, quem redacturum sperabant, suffocatum tandem, deperdiderunt.

Mihi proinde consuetum est in hæmoptoicis passionibus, præter alia, ad manus semper habere illa medicamenta, quæ suavi dulcedine, vel ut melius dicam, potentiali quadam frigiditate, & miti stypticitate, quietem, & emendationem humoribus agitatis, efferisque redditis inferre possunt, & cum ad fortiora adire necessitas me coegerit, solummodo blanda expectorantia alchalinis remediis interponere ; more Galeni, qui dum posca utebatur, semper multifam intermiscebatur, & sic utrisque indicationibus satisfaciens, motum incongruum à sanguine removere studeo, congrumatum resolvere, conclusum quodammodo derivare, atque partibus quandam virtutem præstare, ne ulterius inficiari possint.

Lu-

Lustrum præteriit , quo Josephum Torino Mercatorem librorum ad curandum advocatus fui, quem cum fere extinxum , ob copiosam sanguinis quantitatem , quam ab ore tussi projecerat , invenissem , quid facere nesciebam ; nam prægressæ erant prius multæ sanguinis detractiones , & ferme sexcenta alia remedia styptica , & fluxum sanguinis cohibentia , quæ usu habuerunt medici , qui ante me illius curam susceperant . Advertens tamen ego , eundem in hunc morbum incidere potuisse , ob retractionem quarundam pustularum , quæ prius ipsius universam cutim obrepserant , haudquaquam Aquam frigidam , ob formidinem pectoris sorbendam injunxi , sed mixturam quandam exhibendam curavi , conflatam ex libra semissa Aquæ acetosellæ , & dragmis duabus gummi Arabici , & totidem ex Dragacantho , cum dragmis quinque saccari albi , edulcorationis gratia ; quam cum lambendo degustasset , contulit , & intra paucos dies tussis declinavit , & sanguis etiam concludi vi-sus est .

L

Ve-

Verum enim verò , ut quæ huc usque
scripsi magis consentanea fane , velim
me sic scribentem accipias , Aquam fri-
gidam hæmoptoicis plerunque obesse , non
quia sanguis fluit , sed quia à pectoredi-
manat ; nam si ab aliis partibus deriveate
videatur , etiam si per os proiiciatur ,
utique poterit aliquando prodesse ; id
autem variis causis accidere posse conii-
cio . Primo , quia partibus , à quibus profi-
lit , complantes immediatè adjungitur ,
illasque contrahit , stabiles reddit , & fi-
ne pernicie multoties concludit . Secun-
do , quia à vasculis iisdem vicinis flu-
xionem distrahit , ne prolixè sanguinem
suppeditent ; non modò , quia illum ,
quem concludunt ab impetu deducit ,
verum etiam , quia canalia minus dilata
reddit , ut à tergo sanguini insequen-
ti transitum præbeant . Tertio , quia il-
larum vasa , tam anfractuosa non sunt ,
ut possint congruumatum complecti : nam
si spuitione , vel screatione traducitur ,
non grumescit , quia ablutione transfer-
tur ; sin autem vomitu traiciatur , licet
extravasatus spissescat , detrimentum ta-
men

men inferre non potest, quia viæ satis amplæ sunt, per quas ventriculus ab one-
re, à quo præmitur, levari valet; etenim per alvum etiam sæpe numero promo-
vet; cæterum, & sanguinis vitia delet,
ac vasis robur, & firmamentum affert. Ut-
cunque autem sursum promoveatur san-
guis, semper ac tussi non proiicitur,
aliquando Aqua frigida prodesse potest;
& licet de his multas sapientissimorum
scriptorum authoritates adducere pos-
sem; attamen ne prolixius fieri videar,
una tibi sufficiat, quam adduxit Hippo-
crates in lib. 7. aph. 37. *Quicunque sanguinem vomunt, si quidem sine febre salutare;*
si verè cum febre malum; curare autem fri-
gidis, & ad stringentibus. Febris autem
sæpiissime abscessum designat, quem re-
movere, Aquæ frigidæ liberum non est,
cum infrigidando, sicut non resolveret,
ita maturatum non abstegeret; ut acci-
dit annis elapsis U. J. D. D. Petro Tenne-
relli, qui ex abscessu rupto in stomacho,
sanguinem vomens, cum Aqua frigida
curatus esset, syncope oborta, periit.

A S T H M A

Inter alios morbos , quibus pulmones subiici solent , Asthma primas obtinuisse , patet ; siquidem ob crudelissimam tyrannidem , quam in ipsis exercere videtur , non semel miseros ægrotantes suppresso spiritu conficit . Cumque remedia , que ad illud removendum usum haberi solent , tardè suas virtutes promoveant ; quæstio proinde Vir Sapientissimè inter doctissimos professores etiam sæpe agitari videtur , num Aqua frigida in forti ejus paroxysmo , suam virtutem aliquando sustentare possit .

Et quidem non defunt , qui hisce nostris temporibus , Aquam frigidam minime deesse putant ; & insequendo divisionem Helmontii in Asthma humidum , & caducum pulmonum , pro utroque sic ratiocinari suescunt . Asthma humidum sæpe numero suboritur à quadam effervescentia quorundam lentescentium liquorum , qui vaporibus , vel spiritibus turgidi , per pulmonum substantias , huc , illuc

illuc fluctuantes, omnes illorum cava-
tes replent, & vacuitates pro aere in-
grediendo occupantes, cum stertore, &
sibili ipsam respirationem angustam,
reddunt; iidem cum per usum Aquæ fri-
gidæ ad quandam moderationem revoca-
ri possint, & advecto humido vehiculo,
etiam fluentes fieri, spatia, quæ prius
occupabant, per effervescentiæ cohibi-
tionem vacua relinquentes, ingressuro
aeri vim tribuunt, ut cursum sanguinis
properare possit, & per consequens
Asthma ipsum distrahere.

Ita pariter prodeesse posse, inquiunt,
si convulsivum, & caducum pulmonum
fuerit; Siquidem solent quedam serofæ
colluvies, particulis quibusdam irritati-
vis refertæ, nervos diastrolem pulmonum
promoventes subire; & spiritibus illuc
scatentibus motum citatiorem tribuen-
tes, illos rigidos, atque inflatos redde-
re, ut neque ἐκπνοῆς, vel ἐπιπνοῆς mu-
nia exequi valeant; hinc cum Aqua fri-
gida acredines ab hujusmodi substantiis
removeat, & spiritus à concitatori mo-
tu retrahat; potesit etiam ipsam respi-

rationem facilem reddere, & pulmones
à laqueis, à quibus obstringebantur qua-
dātentus vindicare.

Attamen, licet hujuscemodi rationes
quibusdam arridere videantur, me autem
unquam comprehendere potuerunt; nam
cum hic mōrbus pectori adscribatur, non
sine filius aliquo respectu curari posse
conjectura prospicio; cui cum summum
frigus non proficiat, ab usū Aquæ frigi-
dæ ulterius inficiari posse, mea sententia
tenet. Pectus enim expansione indiget,
ut liquores, & eò magis, si crassi fue-
rint, à tantis tortuositatibus promoveat;
sæpe tamen angustiis urgetur, & vim pa-
titur in Asthmate humido, vel ob cras-
sus humores, quibus pulmones repleri
solent, aut ob summè tenues, si omnēm
eorum substantiam replent; cum nec spi-
ritum etiam violentum, eosdem dilatare
posse, experientia demonstrat, sicut do-
cet Galenus in lib. 4. de locis affect. cap. 8.
Quippe bifariam accidere potest, ut vehe-
menter quis tussiendo pauca expuat; Alii
enim ob lendum, crassumve humorem; Alii
ob tenuem id facere videntur. Siquidem
te-

tenuis humor, cum sublevatus est, intertusserendum à spiritu divisus, refluit; lentus verd, ac valde crassus, difficulter effertur; utpote quia non tam facile à corporibus, quibus impensus est, abstergi; neque etiam à quavis occurrentis spiritus violentia impelli potest. Quamobrem si crassa, ob renitentiam, etiam fortissima tussi, à pectore removeri non possunt, & tenuvia, quia divisa refluxant, sursum ferri non videntur; Aqua frigida, nec apta fiet, ut per anacatharsim derivare possit; cum crassa spissiora fierent, & tenuvia, quia non coquerentur, à pectore averti nequirent; immo aeris impulsibus eadem fortius resistendo, aucta solidis majori rigiditate, non sine partium continentium aliqua distinctione, simul cum sanguine deinandarentur. Damnavat enim Hippocrates in libris acutorum num. 30. etiam Aquam frigidam-naturalem, in affectionibus pectoris, quia tussim non lenit, & sputum non educit; quanto magis, si nive glaciata fuerit, dum yenas quandoque disruptum, & tussim concitat. Et licet ob

exigentiam morbi , aliquando ob sequen-
 tem se præbebat , in parva tamen quan-
 titate , & non frigefactam , sed inter sor-
 bendum oxymel , & melicratum , solum-
 modo permittebat , propter mutationem
 qualitatis potus , ut in sequentibus ad
 textum notationibus , sapientissimus Fran-
 ciscus Vallesius explicat . Si quis utitur
 oxymelite , aut mulsa , & inter hæc aliquan-
 do sorbeat exiguum Aquæ ; augebit etiam
Aqua excretionem ; non quod hoc insit
Aqua proprium , sed quia expers omnium
 facultatum , facile excipit virtutes o-
 mnium , quibus cum miscetur , aut in ea
 coquuntur , aut macerantur . At si sola
 Aqua in Asthmate humido sorbeatur ;
 præter quam quod non haberet , à quo vir-
 tutes extraheret ; quia tamen frigida est ,
 nihil aliud pectori infirmato participa-
 ret , quam solam frigidam humiditatem ,
 quæ haud potis est , crassitudines à pul-
 monibus distrahere , & canalia vacua ,
 præ aeris ingressu restituere ; cum rigidi-
 tates construeret , & crassities magis fir-
 mas redderet . Proficuas quidem humidi-
 tates impartiretur , si calida exhibere-
 tur ,

tur, nam laxitatem tribueret, & crani-
tudines diffluentes efficeret; ut citatus
Vallesius in calce notat. *Quare consul-*
tum est asthmaticis, & aliis, qui thora-
cis passionibus laborant, cum excreandi
tempus accessit, potionem augere, & in-
ter medicamentosa, Aquam etiam dare; de-
tur autem ad hunc usum, tepida, aut ca-
lida: Nam calor qui corporum particu-
las agitat, versat, atque sè penumero
etiam dissolvit, non sine humidi benefi-
cio liquare potest. Olim Rev. Pater D.
Caetanus Tarallo, Presbyter regularis
Piorum Operariorum in Ecclesia S. Geor-
gii majoris, ab Asthmate humido præhen-
sus, cum magna siti anxiaretur, & no-
ctu, tempore hyemis, seviente bruma,
Aquam frigidam lautè potare voluisse;
post paucos dies suffocatus obiit.

Sin autem Asthma caducum fuerit,
quia Epilepsia naturam induit, eodem
modo curari debere, necesse est, & sicuti
Epilepsia Aqua frigida officit, ita &
Asthamati caduco jacturam faciet; rigi-
ditates enim ob frigus adaugebit, & si-
mulos ab humoribus non auferret; cæte-
rum

rum hujusmodi affectio est passio propria nervorum, qui sicuti à calore mediocri juvati solent, ita ab excessu frigoris maximopere laudi, quemadmodum optimè advertit etiam Hippocrates in lib. 15. aph. 17. & 18.

Memini jamdiu me observasse Illustrissimam quendam Virum in hac nostra inclita Civitate Parthenopis, cuius nomen, quia probè cognitum, reticeo, ne medici, qui ei assistebat famam deturpem. Hic enim cum Asthmate caduco pulmonum laboraret, & Aquam frigidam ex illius consilio potare coactus esset, cum omnium stupore, statim obstrictis faucibus, à vita migravit.

Secus verò, si stomachicum fuerit; nam quanquam mucus in intestino duodeno à bile rarefactus, & in vapores resolutus modò ventriculi os superius, modò fauces obstringendo, suffocationem promoveat, Aqua frigida cum effervescentiam coercent, sicut flatus discutit, ita etiam ob laxitatem, quam invehit, solvendo, illum ad intestina protrudit, & vim adjicit, ut ventriculus, & exophagus, à no-

noxa liberari possint.

Medebat annis clapsis D. Hieronymus de Fusco, quam in uxorem habebat U. J. D. D. Bartholomeus Mannia; haec enim quia affectione hypochondriaca laborabat, variis symptomatis affligebatur, scilicet menses sepe deficiebant, qui si aliquando etiam prodibant, magnis cruciatibus se expediebant; languida proinde reddebatur, caput fortiter ei dolebat, & ab alvo nihil dejicere poterat; duo tamen plusquam relata illam magis affligebant, scilicet ardor intus assiduus, & Asthma stomachicum, & convulsivum, quod per vires, & interyalla, spiritum intercludebat. Pro hisce ergo abigendis symptomatis, licet diverso tempore varia remedia instituissim; cum tamen usu proficua non expeditus fuisset, ad Aquam, frigidam potandam inclinavi; eras autem tempus aestivum, & admodum fervens, pro hujus remedii periclitatione facienda magis accommodum; cuius cum mane jejuno ventriculo potasset, modo tres, modo quatuor libras, sensim in melius abire pronunciabat; habebat enim ab hujusmo-

jusmodi potu aliquando duas, & multo-
ties, etiam tres sedes; urinæ interim pro-
vocabantur, & totam diem in quiete,
sine ardore ventriculi, & difficii respi-
ratione, transfigebat; noctu quoque dor-
miebat, & cibum, quem ad prandium
ingurgitabat, sine noxa perferebat; Hi-
cse ergo utilitatibus cum frueretur, per
viginti dies hujusmodi methodum ser-
vare injunxi; tandem ad balnea. Aquæ
dulcis alliciens, infra paucas hebdoma-
das ex toto sanam restitui.

AFFECTIO HYPOCHONDRIACA.

MOrbus hypochondriacus, à quibus-
dam morbus flatuosus appellatur,
à nonnullis autem, etiam melancholicus
dicitur. Sed perperam hi, qui in hanc
determinationem veniunt, cum non sem-
per passio hypochondriaca, affectionem
melancholicam comprehendit; èo quod
non pauci affectione hypochondriaca la-
borant, & tamen morbo melancholico
non detinentur. Protheum etiam mor-
bum verbo notarunt alii, obdisparia sym-
pto-

ptomata, quæ secum affert; at cum unigeneri causæ hujusmodi morbus non sit addictus, diversæ indolis esse solet. In eo tamen fere omnes concordant, quod semper hujusmodi ægritudo, malas digestiones insequitur; quæ cum actiones ventriculi depravatæ sint, vel ab ipso, aut à partibus ab eodem non longè dissitis, sua primordia recognoscere, profite habet.

Ventriculi enim actiones plerunque inverti videntur, vel ob errata in viætus dum scilicet pravæ indolis assumitur, aut supra modum ingurgitatur; vel à quibusdam liquoribus depravatis, qui in ipsum ad fermentationis scopum protruduntur. Quomodo cunque autem illius coctiones invertantur, quia sèpè numero acidam naturam referunt, vel biliosam expromunt; acidam proinde, aut biliosam affectionem hypochondriacam designant.

Acidam quidem, cum Saliva incrassatur, & inspissatur, in succum Pituitæ non dissimilem; atque collato Pancreatis corpore glanduloſo, cum par ge-minis

minis ipsi maxillaribus glandulis salivam
præparantibus , & pancreatico ductu ,
itidem cum non dissimilibus ipsi ductis
salivalibus , non ita perperam suspicio-
nem moveri de succo pancreatico , sali-
ver quoque simili , ac proinde pituitæ
producendæ aptissimo ; adeo ut prima-
ria hujus acidæ cruditatis causa videtur
statuenda , tamen saliva , quam succus pan-
creaticus , uti secundaria , & extera ,
alimentum pro sua diversitate , plus , aut
minus materiæ in Pituitam mutari aptæ,
continens .

Biliofam antem , cùm Biliis , quæ in
Ventriculum transfunditur , vel sua na-
tura multo sale lixivioso prædita , aut
ciborum acidorum , sive succi pancrea-
tici tabo coquinata , lactans cum his ,
qui in stomacho sunt alii liquores , iniens ,
magnas effervescentias promovet ; cuius
fervores aliquando adeo explicantur ; ut
non solum Ventriculum multo calore in-
fiant , & ardore corrumpant ; verùm
etiam , & reliquum corpus , veluti à febre
correptum fuisse demonstrant . Unde
Diocles Carystius referente Galeno in
lib.

lib.3. de locis affect. cap.7. verè Pylorum
in inflammationem abire suspicabatur,
& ob ingentemflammam obstrui, prohibereque, ne alimenta statuto tempore ad
intestina descendant. At licet Diocles
malè philosophatus fuisset, morbum tam
en, saltē quoad sensum delineare vi
sus fuit; cum in quibusdam hypochondriacis,
incensio[n]es, pulsus, & tensio
nes, non secus ac vera inflammatio, Bi
lis etiam promovere potest, & præsertim
si debita humiditas illi in effervescendo
debet; cum effe[ct]u multoties fieri vi
deatur: caufam tamen non indagavit,
quia ipsi ignotum erat, quomodo cum
magno sensu caloris, absente inflamma
tione, & febre, evacuationes fecum
supprimi possint, & obstructiones etiam
ordiri.

Supposita igitur hac distinctione, en
indicationes curativæ insurgunt, quæ
variz esse possunt, sicuti diversi sunt hu
jus morbi infestandi modi. Et quidem si
Ventriculus ab acidis cruditatibus distra
ctus, humores pituitosos congreget,
summa laxitate inficiatur; inflationes
pro-

promoteat, & coctiones supramodum tardas reddat, Aqua frigida eidem præstans esse non potest, quia partes volatileiores chyli, sua frigiditate obrueret, nec excrementa ab ejus complexu distinguueret; & cum fluctuando, huc, illuc irrumperet, præter inflationes, quas accresceret; ipsum Ventriculum tandem, ad nauseam, vel ad vomitum provocaret; hinc non sine causa doctissimus Hippocrates respiciens hunc statum corporis in lib.acutor.num.30. loquendo de Aqua, dixit; *Tardi enim transitus est, quod sub frigida, & cruda sit neque dejectiones faciens, neque urinas movens.* Non enim omnes defectus, Aqua frigida supplere potest; sed solum, quando humores, ob motum, ab aliis principiis dissociari videntur; aut acrimonia, partes solidas infestant, non autem lentescentia, opprimant. Summa enim frigiditas, semper naturæ obest, si calor internus non resistit; si quidem omnes actiones naturales, quæ motu explicantur; expugnaret; atque in suam ditionem redigendo, non exigita quiete corrumperet. Vidi enim hujus fortis

fortis hypochondriacos non semel ab uberrimo Aquæ frigidæ potu cachecticos factos fuisse; & nona longo tempore, etiam hydropicos redditos; præter fere sexcentos alios plerunque cardialgicos, quandoque vomitioni obnoxios, multoties nauseabundos, & nimis inflatos, aut corde oppressos, & frigidos. His enim, præter alia, quæ à proprio fonte desumi possunt medicamenta, Aqua calida succurrere posset, quia crassitudines solvit, ventriculum non debilitat, & irritamenta, quæ in visciditatibus concluduntur, omnino disperdit.

Sin autem Bilis in prædominio fuerit, & coctiones ob illius errata perverti videantur, scilicet, si multo sale lixivioso prædicta sit, aut acrimoniam majorem ob complexum Succi pancreatici degeneris acquirens, magnas effervescentias, præcipue post pastum in Ventriculo promoveat, atque ibidem sensum excedentis caloris invehens, ardorem cum inflatione producat; tunc citra alia, Aquam frigidam etiam utilem esse posse decerno, non solum ad prandium pro potu,

M sed

sed si occasio permittet , jejuno Ventri-
culo pro medicamento , quia Bilis non
modo diluetur , quin item in omni suo
opere prompte debilitabitur ; dilue-
tur quidem , propter adjectionem hu-
miditatis , debilitabitur autem propter
frigus , quod ejus fervores contrahit ; &
licet dum effervefcit , pariter solvi vi-
deatur ; acrimoniam tamen majorem sem-
per concipit ob motum , propter quam
non solum Ventriculo , & cæteris visce-
ribus molestiam affert , quia undequa-
que opprimit , verùm , & sanguini in-
festa efficitur , cum in motum efferve-
ctivum citatiorem commoveat , nocen-
tioremque reddat . Verba sunt Franci-
isci Sylvii de Leboè in appendice ad Pra-
xim , tract. 7. de affectione hypochondria-
ca num. 141. *Ubi Bilis dominatum acci-
pit , superatque Pituitæ viscidityem ;*
*tunc , & ipsa sentiri incipit , ac quo ad
pulsum , ipsius observatur frequentia ; tunc*
*enim rarefit potentius , ac celerius san-
guis , ac simul à bilis acrimonia lancina-
tur cordis parenchyma , unde frequentius
contrahitar idem parenchyma ; propelli-
tur*

tur frequentius in arterias sanguis , ex-
 panduntur frequentius arteriae , fentitur
 frequentius pulsus , isque nunc simul major ,
 nunc minor , & quidem pro adjuncte adhuc
 pituitae copia , & visciditate majori ,
 vel minori , superata scilicet , vel per-
 manente . Si igitur Pituitæ viscidæ copia ,
 Bilim ab effervescendo aliquando des-
 titit ; quid dicendum de Aqua frigida ,
 quæ salia solvendo , & sulphura commi-
 nuendo , principia motus effervescenti
 destruit , & quietem fine tanta crassitie
 invehit ? Non immerito ergo Galenus ,
 hanc ægritudinem , febrium more cura-
 re suescebat ; dum Vinum , quod pro Ven-
 triculi debilitate quandoque permitte-
 bat , non nisi Aqua dilutum , & frigi-
 dum exhibebat . Sic enim ait in lib . 7 .
 meth . cap . 8 . *Ac multò sanè magis , si*
pluscula caliditas sit , ipsum Vinum aqua-
sius permittemus , tum sub eo frigore ,
quod fontis Aqua per medium Ver exhi-
bet ; illud unum nobis persuaderet , hu-
jusmodi affectum , febrium proportione re-
spondere , quippe , quād illa , vel in toto
animali , vel in corde est , id propositus

M 2 nunc

nunc affectus in Ventriculo est.

Et quidem Ventriculus in hypochondriacis affectionibus , dum cibaria , & potulenta recipit , veluti febre quandoque laborare videtur ; dum æstus plerunque illum exagitant , ardores media coctione infestant , sitis molestat , & pulsationes in hypochondriis adeo increbescere prospiciuntur , ut non sine metu saltem incipientis Aneurismatis , concipi possint , ut recte advertit Lazarus Riverius in capitulo de affectione hypochondriaca , & melancholica ; ubi duas historias refert ; unam allatam à Fallopio , in lib.de tumoribus præter naturam cap.14. , & alteram ab Ambrosio Paræo in lib.6. sui operis cap.28.Tantum enim ardorem compluries hypochondriaci in corpore persentiunt , ut nec vestes etiam levissimas tolerare apti fiant ; quemadmodum accidit olim Celeberrimo Viro , & nostro concivi Phyfiatro Joanne Baptista Guarnerio , qui ab hujusmodi morbo correptus , quamquam sine febre , nec vestes sericas media hyeme gestare poterat . Et licet in re medica multa , alia

alia remedia sint, quæ huius affectui prædæsse possunt; haud quaquam tamen pari virtute, omnia eidem præsto esse videtur: nam ubi humiditates superflunt, crassitudines, & cruditates prævalent, atque aciditatem cum Ventriculi summa debilitate antecellunt, leviora cathartica profundunt, digestiva utilitates afferunt, amaricantia emolumento sunt, ac calybeata omnem operam complent, quoniam crasis sanguinis acida, & effœta reddita est, ac viscera à crudis lentisque humoribus oppressa, atque distracta inveniuntur. Si autem sanguis, statum, veluti saline-sulphureum natus fuerit, & in imis visceribus cum magno æstu, saburram etiam acrum, biliosorumque fermentorum nidulari, signa adfuerint, tunc enumerata præsidia operam commodam præstare non possunt, quia liquorum fervores cohære nequeunt, & salium, ac sulphurum distractorum resultantias, haud solvendo, traducere. Aqua tamen frigida non sic; nam humiditates pro dilutione præbet, effervescentias cohibet, salino-

rum, & sulphurum consociationes solvit, absorbet, divertitque, & cum tenuis sit substantia, & undequaque scurrit, ac difficulter ob auctam quantitatem corrupti possit; potentius alterabit, & tandem ratione sua gravitatis cum exitum promoteat, infestos humores, simul etiam foras trahit.

CARDIALGIA.

Cardialgiae enim, non modo subjiciuntur ii, qui ob malum victum, quae ingurgitant in pravos succos convertunt, verum etiam illi, qui ex variis partibus corporis humores in ventriculum trahunt, vel male indolis, aut si ex toto non degeneres; inutuo tamen amplexu non fruuntur; nam sibi invicem quandoque adversantur, & dum corruptuntur, dolorem non ferendum promovent.

Hujusmodi autem derivari solent, vel à glandulis in ipso Ventriculo sitis, aut ab arteriis, ramisque cœliacis in ipsum confluentibus. Compluries autem à Pancreate

create succi quidam acres , & mordaces deducuntur ; quemadmodum etiam à Poro felleo , multæ bilis acris incongruæ superfluitates in Intestinum duodenum asportantur , quæ suis pravitatibus , vel seorsim Ventriculum ad vomendum cogunt , aut potius fibi invicem inconvenienter commixtæ , & cum præterfluentibus cibis fermentationem quandam dolorificam ineuntes , Ventriculi os superius maximo dolore afficiunt .

Utcunque autem hujusmodi dolor promoveri videatur , duplex semper indicatio existit ; una , quæ sensus acrimoniæ mitigat , si affectio sit adeo urgens , ut non præstet occasionem differendi in posterum ; altera quæ causæ malum efficienti providet . Hebetatur quidem sensus : Primo iis auxiliis , quæ mucilaginosa sunt , & pinguem , ac emplasticam virtutem obtinent , uti sunt mucilagine , lac , amyłum , & hujus census alia remedia , quæ aequitatem retundunt ; ut sicut etiam oleum dulcissimum , quod commendare summopere visus est Galenus in lib. 2. de simplic. medicam. facult.

cult.cap.13., Secundò etiam narcoticis , quæ sunt, Theriaca Andromachi, Mitratiūm Damocratis, Diascordium Fracastorii , Laudanum Opiatum, Philonium Romanum &c. At , quia huic muneri satisfaciendo , non semper anodyna , & narcotica sufficiunt , cum crudelior ex horum usu dolor s̄aþe fieri videatur: Secunda indicatio erit, quæ causæ morbum efficienti providet ; Causæ enim non semper prospiciunt evacuantia remedia, cum ex lege methodi , nunquam causa morbi evakuari potest , nisi prius alterata fuerit . Hinc si fortasse Bilis acris, & effervescentes , hujusmodi affectui occasionem dederit, haud incongruum existimaverim , quod Cardialgiæ biliosæ quandoque Aqua frigida suppetias afferre possit; siquidem hæc primùm Bilim alterat, deinde diluit, & tandem quo ad fieri potest , etiam evacuat. Alterat enim, quia ejus fervores coercit , & pacatam quodammodo reddit , diluit, quia solvit ; & denique posthæc , quoque à stomacho distrahit ; nam per os , aut per alvum non semel etiam disturbat. Ceterum

terum si narcotica in summis dolorum urgentiis manum præfidiariam quandoque præstant, Aqua frigida ob id, quod aliquo modo torporem invehit, dolorem, vel avertere, aut saltē mulcere apta efficitur.

Pro cuius rei majori intelligentia, audias velim medicinæ antiquæ Corypheum Ludovicum Mercatum, qui in lib.3. de intern.morbor.curation.cap.1, de Cardialgia, sic habet. *Secunda curandi ratio, quæ circa causam versatur,* (loquutus enim erat prius de anodynis, & narcoticis) *quam protinus extrabere* (quod esset tutius) propter doloris vebermentiam non datur, frænare, & compescere primò oportet, quod fit duobus præsidiorum generibus, quorum aliud id efficit manifesta aliqua qualitate, pugnante adversus humoris peccantis, aut cuiusvis alterius causæ qualitatem, vel copiam, quibus dolorem, aut exolutionem molitur, qui si calidus fuerit, frigidis compescitur; si acris, & mordax, lenientibus, qualis est Aqua calida, decoctum, vel expressio se minum frigidorum, aut sucus violarum,

rum, vel *Aqua stillatitia ex Portulaca*, aut foliis *Violæ*, præstat id etiam *Amylum*, sicuti dum fervens humor est, *Aqua frigidæ potus*, aut mali punici acidi succus cum saccaro ingestus. Dolentes enim particulæ sua diametra obliquant, & dum contorquentur, toxica, quibus imbuuntur, fortius concludunt; *Aqua frigida*, quia solvit, fibras pariter relaxat, ad hoc, ut removeri, abducique possint.

Verùm enim verò quanquam hoc sit rationi consentaneum, & experientiæ quandoque non adversum nihilominus, cum judicium de quovis morbo semper sit difficile, & experimentum de simili bus affectibus omni tempore, etiam non conforme; advertere proinde debemus, num hujusmodi humorès acres, & effervescentes, cum aliis liquoribus crassis, & renitentibus aliquando unionem, ineant; nam licet Biliis his quandoque supernatans, *Aqua frigidæ* usu aliquo modo retundi possit, crassities tamen cum quibus implicari solet, non deletantur; quapropter si signa Biliis sinceras,

ræ, acriis, & effervescentis dubia fuerint, primò aqueis acidis remediis uti possumus, non actu tamen admodum frigidis; quemadmodum faciebat Hippocrates, qui in lib. 2. epidem. sect. 2. narrat, mulierem quandam, solo succo mali punici restituisse; ait enim. *Mulier cor dolebat, & nibil remittebat, sed in mali punici polentam inspergens, & semel in die comedens, depulit, & non vomit;* Vel expressionibus ex seminibus frigidis, aut solutionibus Amyli, gummi Arabici, vel Dragacanthi; deinde quamquam Bilis copiosa, & sincera signa manifestiora fiant, nec copiosam statim facere existimaverim, sed primò in moderata quantitate inelius experiri posse, crediderim, deinde si confert, abundantiores reddere. At si vites subitò suppeditare non videatur, nulla postposita mora, ad Aquam calidam, tanquam ad securius medicamentum devenirem. Textatur enim Aretæus, se experientia dignovisse, hanc contrariam mutationem, sàpe malum abstulisse; idque confirmat etiam Cornelius Celsus, qui

in cap.i. lib.3. sui operis ait. *Remedia in acutis, ubi non profunt, statim mutanda esse; atque etiam ad contrarium usum faciendam mutationem; quandoquidem s^ape temeritas suvit, quod Ars curare non potuit; licebit itaque, non juvantibus frigidis, transire ad calida.*

DIARRHŒA, ET DYSENTERIA.

Quantum verò ad Diarrhœam, & Dysenteriam attinet, non nisi etiam à cognitione causarum, methodus curativa desumi potest; quoniam, si omniam ciborum ingurgitationem, pravumque usum, aut propter Ventriculi debilitatem, sive defectum digestiones invertantur, & assumpta acido acrem naturam acquirentia, dum ad intestina descendunt, copiosè moveantur; tunc præterquam, quod, expedit s^ape per unam diem, vel plures, ut Celsus monuit in lib.3.cap.19. fluere facere; sollicitare etiam quandoque oportet, si vitiæ fuerint, aut molestè dimanaverint. Ita enim purgari s^euscit corpus, & quod ulte-

ulteriorem noxam temporis cursu inferre posset, majori commodo exturbari videtur. Perinde etiam, si ab iisdem causis dolorificæ Dysenteriæ fiant; quoniam tunc quoque necesse est humores pravos, qui ulcus promoverant, suavim medicamento traducere, ne ulterius suis pravitatibus intestina inficiant; ut patet ab his, quæ notavit Hippocrates in lib. de affect. num. 24. *Et alvum lacte cotto elueris, reliquum corpus curato, & si febre caruerit, pinguibus, & dulcibus, ac liquidis semper ea, quæ insunt, ex alvo subducito.* Interdum verò ea, quæ perforates Diarrhœas foras demandantur, aut per magnas Dysenterias egeruntur, non omni ex parte ab intestinorum cavis proveniunt, sed sanguinis inficiati productiones esse demonstrant. Siquidem, quæ à depravatis coctionibus purgamenta supersunt, multoties sanguinem intrant, quem adeo exagitant, ut quam maximè solvi, & colliquari etiam permittant; qui fusus, & liquatus, quasdam serositates per glandulas intestinorum quampluries à se dimittit, quæ veluti

luti toxica quædam, partes omnes, quas
 trajiciunt corrodendo corruptunt. Ver-
 ba sunt Hippocratis in loco supra cita-
 to inferius. *Morbus enim hic fit, ubi bi-*
lis, & pituita : (Loquebatur enim hic
 de pituita falsa, quæ alvi fluxum cruen-
 tum sapenumero suboriri facit) *in ve-*
nas & alvum incubuerint; ægrotat qui-
dem sanguis, & corruptus secedit; ægrot-
at verd intestinum, & roditur, & exul-
ceratur; fit autem hic morbus longus, &
laboriosus, ac lethalis, & si quidem ro-
busso adbuc corpore curatur, spes est fu-
gæ; si verd aliquanto jam, & ventre,
omnino exulcerato, nulla vita spes supe-
rest. Et quidem, quia intestina sunt
partes debiles, motionibus subjectæ,
cum excrementis semper commercia ha-
bent; & remedia ad illa plena manu non
perveniunt. Et licet in hectica febre,
sanguis etiam liquefaciat, aluique fluxum
etiam quandoque promoteat; nihil o-
minus tamen, dum à pravis succis refi-
citur, semper infestius aliquid deman-
dat, ut optimè advertit Ludovicus Mer-
catus in lib. 3. de internor. morbor. curat.
 cap.

cap. 11. ubi sic ait. *Contingit etiam non raro substantiam nostri corporis refici pravis succis, qui succensi, & excalefacti in colliquamentum oxyus degenerant, quam laudabilis substantia, quæ non nisi à colliquante calore, ut in hectica, aut humoribus exustis, ut in causonide liqueficit; at, quæ ex pravis fit edulicis, à febribus tertianarum calore, promptissime in Dysenteriam, aut Diarrhœam coniugant.*

Cum igitur Diarrhœæ pertinaces, aut Dysenteriæ laboriosæ, nonnunquam à sanguine, salino-sulphureis particulis imbuto, & liquefciente ortum habere possint; sappofito, quod pharmaca fortia eundem reducere apta non sint; (quemadmodum de Leambio refert Ingeniosissimus Hippocrates, in lib. 4. epidem. num. 21., qui pharmacum assumpsit, & in pejus ruere visus est) hinc est, quod si Diarrhœa, vel Dysenteria à sanguine liquefciente ob pravum victum, vel febre in malè judicatam, promoveri videantur, quandoque hujusmodi affe-
ctus Aqua frigida curare, à ratione alienum

num esse , non existimo ; Adstringentia enim sine actuali frigiditate non semper proficia esse videntur ; cum hæc firmitates partium potius respiciant , haud quaquam tamen acredines ab humoribus in motum actis removeant, & præsertim si humiditates ob progressas febres deficiant : nam sicuti solidæ partes , liquidis bonæ indolis sustentantur , auge scunt , & custodiuntur , ita si hæ mutatæ fuerint à liquorum pravitatibus; non nisi etiam horum emendatione , restitui posse contingit . Aqua enim frigida liquorum stimulus distrahit , dulcorat , atque qua data via illos à motu liquativo incongruo , quem injerunt , retrahit & solida itidem instaurat , ut reduci possint .

Hanc existimationem summis laudibus effert Doctissimus Hieronymus Mer curialis , qui in lib. 3. suæ Practice cap. 15. expressè præcipit , ut adstringentia medicamenta sint semper promiscua frigidis , inquit enim : *Peculiariter autem, ubi malum efficitur ab acrioribus, & biliosis humoribus, utendum his medicamentis*

mentis, quæ refrigerant, adstringunt, non tantum potentia, sed etiam adhuc tam extrinsecus, quam intrinsecus. Mercurialem insequitur citatus Ludovicus. Mercatus, qui loco supra citato ad finem, clarissimis notis significat, liqueficiam sanguinis à pravis succis promotam, si in dysenteriam vel diarrhoeam commigraverit, non sicut in hectica medicè refrigerantibus suppressi posse, quin potius frigore fortiori indigeret, ut coegeretur. Scribit enim. Quare modicū calor exasperans, seu exurens, modo prædicti humores passus sunt, typlici remediiorum gerere rotabendis est; nimirum, Primo bis, quæ refrigerant, modicè tamen, nam pericitatur extinctione à frigidis paxillis hecticorum calor, paulo tamen intensius, quibus prædicti humores abundant, in quibus non est verendum, syrups, apozemata, & reliqua auxilia rive refrigerare. Secundo hanc rem exequiri bis, quæ humedent &c.

Dignum tamen animadversione censeo, quod cordati quidam practicantes sape notant, scilicet, quod hujusmodi

N

Aqua

Aqua frigide usus, solummodo locum habere potest in illis diarrhoeis, quæ ob suas ferocias, licet leves dysenterias actuant, magis tamen tractu temporis, ob humorum nimias pravitates promittunt; nam si ulcus grande efficerint, Aqua frigida non solum non removeret, quin potius ob maiorem instigationem, quam invehet, personam non permetteret: siquidem intus fortius colligaret, quod foras promovere deberet; parvum tamen non scit, nam cum in superficie tantum partem contaminat; ablutione detergeret, & pravis humoribus emanationem adhibendo, ulcus dilatarix impedimento esset.

HYDROPISSIS AFFECTIO.

ET quod Aqua frigida vero Hydropsi semper jacturam faciat, neminem sanæ mentis inficiaturum esse crediderim; nam loquendo huc præcipue de Ascite, sive ejus causam formalem invenor, aut ad morbum jam factum meas considerationes converto, quomodo pro-

prodeesse possit, non invenio.

Et quidem, quantum ad ejus causam formalem spectat, quis erit, ut neget, sanguinis inertiam esse? nam seco sale volatili destitutus sanguis, nihil praeter lympham fabricare solet, quæ vel sua humiditate vasa relaxando, aut magna acrimonia erodendo, huc, illuc abscedendo, concluditur.

Hanc autem inertiam, multoties crudos contrahit, vel quia id à quo reficitur, nimis crassum, & fæculentum est; qua propter sicut principiis activis destituitur, & debitas fermentationes subire non valet, ita perfectè assimilari, nequit; vel quia Cor, ac cæteræ partes corporis, quæ in ipsum conspirant, suos congruos influxus inhibent, & sua officia complere vetant: at cum neutros hujusmodi defectus Aqua frigida emendare potis est, netque etiam Hydropisi opitulari posse, mea sententia tenet. Crassum enim, & fæculentum reducere non potest, quia coctiones suæ pte natura retardat, cum hæ motu congruo expediantur, & spiritus propter motum in libertatem.

abeunt; frigus enim, quem admodum aqueum incassat, calorem etiam num removeat, qui humores, & spiritus expeditos facit. Hinc Antesignanus Hippocrates, cum Hydropis curationem designare voluisse, haud quamquam Aquam frigidam copiosam, sed parcum potum vini rubri commendabat, & quandoque etiam hoc pane calido alterari debere, ius faciebat; alt enim in lib. acut. num. 62.
 Edat sicca sanguis acria cibaria, scilicet enim, vel maxima usum, ejcerit; & plurimum viribus potuerit. Deinde panes calidos ex vino nigro, & oleo cunctos sicut, & quam minimum bibens, plurimum laboret. Labor enim corpus agitacum reddit, quoque per motum, sicut spiritus in libertatem tradit, ita crassities digerit, solvit, & promovet.
 Et tandem, quomodo poterunt & ceterae nostri corporis partes in Hydrope usu Aqua frigida redintegrari, dum ab ipso sanguine gubernari solent? Quod si Aqua frigida sanguinis segnitemendare non valet, neque etiam partes solidas hic poterit vigore reple-

re; Siquidem operationes omnes naturæ, quæ conservationem nostri corporis respiciunt, ita sunt cum sanguinis vigore colligatae, ac conjunctæ, ut fieri non possit, quin ex ipsius inertia, motus Cordis langueat, reliquarum partium solidarum robur infirmetur, spirituum valor deiciatur, glandularum texture depravetur, fermentorum activitas vilescat: & vicissim, si Cor lentius sanguinem per arterias trajiciat, ac segnius per venas, corporis partes illum impellant, glandulæ munere suo non fungantur, Chylus, ipsum novis spiritibus non ditet, suoque contagio ipsius fermentationem non vigeret; omnino necesse est, ut ejus vigor corruat, & coincidat.

Si vero ad morbum jam factum meas considerationes dirigo, etiam sufficienes rationes mihi deficiunt, ut conjectare possim, quomodo Aqua frigida pro Hydrope removendo sufficiens esse possit.

Et primò, quia corpus novis humiditatibus replet; que non modò, quia frigidæ sunt, crassitudines removere non

possunt, quin ob ulteriorem laxitatem, quam lymphæ ductibus invehement, veluti alio dato stimulo, ab eorum interpecadinibus, & inosculationibus, in locum, quem antiquæ humiditates sibi vindicarunt, ipsæ novæ frigidæ humiditates deciderent, aut aliud spatium occupantes, novas inflationes promoverent: & licet Aquaæ Hydropicorum conclusæ, sint acrimonia præditæ, quia tamen segnities non deserunt, ab Aqua frigida superari non possunt. Vasa enim, quæ lympham vehunt, tam exilia sunt, ut tot annorum curriculo; anatomicorum oculos effugere visa sunt; ac proinde, quia infirmæ sunt texturæ, quemcunque violentum incursum sufferre, non possunt. Præterea si Aqua frigida præter modum assumpta, ex se sola, non adhuc à sanguine contracta hac inertia, huic morbo aliquando formalitatem indidit, quomodo poterit Hydropem jam factum divertere, si æquè abundantes frigidæ humiditates exhibet?

Secundò, quia viscera Hydropicorum, sape varii tumores circumsepiunt, qui

five

sive sint frigidi, & ob crassities liquorum, sensim per longum tempus contracti, aut ab acuto morbo provenientes, & ob debilitates, vel non debitas curantias non resoluti, semper superfluentibus liquoribus obicem ponunt, ne ultra transmitti possint; unde si de Aqua frigida Hydropici satietas afficerentur, præterquam quod debiliores efficerentur, atque principia activa omnium fermentacionum obuerentur; exitum tamen cum hujusmodi tumores implicarent, ulteriores anxietates miseri ægrotantes sustinerent, & ocyus etiam suffocati obi- sent, uti pluries observavi.

Tertio, quia Aqua frigida aquositas extra limites coacervatas non haberet, quo divertere; & quamquam multe viae sint nobis incognitæ, per quas natura quandoque se exonerare solet, has quidem, si in Hydrope promptas haberet, sibi adaptaret prius, quam ab Aqua frigida novis humiditatibus pressa esset, cum copiose etiam sint aquositates, quæ naturam in Hydrope molestia afficiant, & ulteriori Aque proventu non indi-

N 4 ge-

geret, ut distrahere posset.

Quarto dato, quod Aqua frigida, à longo tempore coacervatas Humiditates quadantenus derivaret, ipsam tamen Hydropisim non resolveret: nam non minus Hydropisi laborat, qui universum corpus, vel aliqua ejus pars, à nimia seri copia intumuerit, quam qui aridum habens corpus, vel per narēs, vel per alvum, vel per urinam, vel per opitum, stupendam humoris seros colluviam scernit: quod clarus evincit; quia superpressa illa evacuatione, protinus partium tumor iterum apparet; aut si in conspectum non venerit, aliquibi aquositates delabentes, majus incommodum progignerent. Plerunque enim in Pectus ruunt, & tusses, ac difficiles respiraciones pariunt. Aliquando Cor. afficiunt, & ejus motus intercludunt; Atque non semel etiam ad Caput vertuntur, & Apoplexiam, vel Lethargum producunt. Oportet enim aquositates non generari, aut sanguis, & viscera nostri corporis habem non contrahant; pridiebat autem si fuerint, illa remedia usu habere necesse

se

se est ; quæ sanguini inertiae provideant,
robur ; & firmamentum partibus adi-
ciane ; & aquositatibus viam congram
tribuant , ut determinari possint .

NEPHRITIS CALCULOSA .

Quāquam nemini controversatur , Nephritidi caleulosæ Aquam semper adesse , num autem calida , vel frigida copiosa fieri possit , non est . Vir Sapientissime , ut scio ad præsens apud omnes receptum ; nam multi experimenta adducent usū Aquæ calidæ subito evanuisse ; alii observationes referrunt potu Aquæ frigidæ mox extinctam fuisse , hinc , illinc , proinde versantes , quidam Aquam calidam commendant , nonnulli verò Aquam frigidam summis laudibus extollant . Cum autem ingenium meum , etiam in hac re perspicuum habere poposcis ; quales fuerint meæ determinationes , paucis quibusdam delineabo .

Et profecto quidem , Aqua , vel consideratur ; ut Aqua est ; aut quia frigida ,
vel

vel calida est. Si ut Aqua est, omni Nephritidi convenit, quia salium concentrationes, à quibus lapides in nostro corpore generantur, removet; sī autem ut frigida, vel calida est, quemadmodum illa quandoque prodest, ita hæc, etiam non semel conveniens esse posse videtur.

Interdum enim Aqua ut frigida est, Nephritidi calculose suas manus praediarias præstat, ob aliquid aliud præcipue, quod renibus dolentibus accidit. Nempe si in corpore, humores, qui motum, ac flammam invehunt, redundaverint; cum hi ad ipsos renes, propter maximos suos cruciatus, impetuosiūs accurrant, & ob irritationes, quibus hos ulterius lacerfunt, spatia contrahentes; calculus fortius intercludant, ex eo, quod magis dolorificum reddunt, Aqua frigida, quia ab illis sua humiditate acredines removet, & frigiditate, impetum, ac flamman coercet, dolorem etiam levabit, & ut calculus promoveri possit, facultatem tribuet. Sæpe enim, quæ calculus comminuant subministrari non possunt, quia plus quam decet, motum irritativum in-

sti-

fituunt; & sicuti liquorum impetus adau-
gent, ita, & renes dolentes, majorum,
instigationum participes multoties effi-
ciunt. Secus autem Aqua frigida, quæ
haud motu irritativo calculum propel-
lit, sed vias dilatas faciendo, illius de-
scensum properat.

Hoc autem præter quam, quod mul-
tis aliis rationibus planum reddere po-
sem, experientia tamen ductus approba-
re videtur, etiam Pergamenus Galenus,
qui in lib. de renum affectuum dignotio-
ne, & medela, sic scripsit: Veruntamen,
si laborantis natura calidior esset, & sitis
vibementior, vacuato prius toto corpore,
& ab excrementis repurgato, si qui frigi-
dam bibere essent consueti, & phlegmone
nullum viscus laboraret, nec esset imbecil-
le; frigidam sape copiosè exhibuimus, re-
nibus ita corroboratis, e vestigio lapidem
impactum expulerunt. Nec obstat, quod
tepida ad renes perveniat, nam fervores
moderat, qui majores rigiditates progi-
gnere solent. Cæterum, si stupefacien-
tia interdum proficiunt in removendis
doloribus, Aqua frigida quia quodam-
modo

modo torporem affert, majori commo-
do à sensu molestiam distrahit, & à reni-
bus obstrunctiones aufert.

Aqua verò calida, etiam primas multo-
ties obtinet, si Nephritis calculosa,
corpus debile, obstrunctionibus obnoxium,
vel crudis, crassisque succis abundans,
invadat; nam calorem naturalem fo-
ven-
do, humiditates exigitas subministrat,
obstrunctiones laxando, referat; atque
lentas crassities solvendo, traducit. Cal-
culum enim non semper humoros motu,
& acrimonia præditi, propter rigidita-
tes, quas afferunt, renitentem faciunt,
verùm etiam si lentescentes fuerint, for-
tius infarciendo, etiam concludunt; ut au-
tem dolor auferatur, spatia, in quibus com-
plectitur, dilatare oportet, que cum non
uno modo angusta fieri videantur, haud
pari virtute remediis, explicari possunt;
dilata quidem Aqua frigida reddet, si an-
gustias ob fervores contraxerint; dum
autem propter multitudinem crassorum
humorum coarctari prospiciuntur, non
nisi à calida humiditate referari posse
contingit; Quapropter idem Galenus,
qui

qui in calida Nephritidis constitutione Aquam frigidam usu habendam esse proposuit; ad presentiam crassorum excrementorum; quæ tepidam facultatem obtinent, commendare visus fuit, sic enim ait in loco supra citato inferius: *In corporibus autem pletboricis, quæ succorum quatuor multitudine æqualiter redundant, & excrementosis, & in quibus viscus aliquod debilitate affectum est, & ea forte aliis, frigida potionem cavere congenit.* Ceterum si post hæc omnia, quo diximus, lapis adhuc firmiter resistat, ut endem est medicamentibus, quæ tepidam facultatem habeantur, ut in loco supra citato inferius: Ad hæc enim referri possunt, quæ Sapientissimus Zecchius in suis consultationibus notavit; scilicet Aquam calidam sumnum remedium esse in Nephritis calculosa; hoc est, maxime opere professe posse, si calculosi, frigidi, & debiles fuerint, ac crudis, & crassis succis abundaverint; nam crassities delet, quæ calculum in renibus magis irretiri faciunt, & stomachum non infirmat, si copiosa fuerit. Concludo igitur Aqua abundantans

dans ; omni nephritidi adesse potest , quia urinam, quæ calculum promovet, fœcundam facit; modo tamen debet esse frigida , modo calida ; prout ea , quæ occurunt , prævio fervore , vel segnitie , calculi casum prohibent .

URINÆ SUPPRESSIO.

Sequitur modo Urinæ suppressio, quæ græco vocabulo ἰσχυρία dicitur. Non vnde autem Ischuriz , hic non modo illam affectionem designo , ob quam vitio Vesicæ Urina non transmittitur; verum etiam quando ob Renum , vel yasorum illis adjacentium culpas ad Vesicam non pervenit (de stricta autem sanguinis compage , ut Sapientissimo Villisio placuit , hic non loquor , cum si hic quoad suam crasim strictus evaserit , præterquam quod ægrotanti subito vitam præcluderet , serositates autem , in quibus innatæ , haud strictu complexu teneret; siquidem sagis superque constat in febribus coagulativis , illas ubertim per Urinas , aut sudores divertere) ; eò quod ab

ab utrisque commune symptom proce-
dit, nempe Urinæ interceptio, prout
clarè docet Galenus in lib. 3. de sympt.
caus. cap. 2. *Vocat enim vulgus medicorum,*
non secus ac Ischuriam, quanquam Ischu-
ria non sit illud quoque symptomum, cum
Urina in Vesicam non venit, perdita sci-
licet Renum actione, & permittendi proin-
de sunt ita nominare, cum propriam actio-
nem non habeant, non tamen latere debea-
bit amborum affectuum differentiam.

Quomodo cunque igitur Urina suppre-
mitur, vel in Renibus impedimenta fiunt,
aut in Vesica vitia construuntur. Si Re-
nes Urinæ moram affertunt, quia multæ
funt causæ, quæ illos infirmare possunt,
non æquæ omnes usu Aqæ frigidæ re-
moveri posse videntur; nam si Rennes
sensu torpescunt, & ob contractam
Paralyssim spirituum influxibus orbati-
fiant; medicamentis, quæ motum in-
stituant opus habent, ut vitalis influen-
tiæ compotes esse possint; quemadmo-
dum insinuavit Galenus in lib. 1. de locis
affectis, cap. 6. *Hos autem curare oportet*
calorifica auxilia locis affectis adhiben-
do.

do. Ita quoque si obstructione preman-
tur: nam cum obstructio fiat à crassis,
tardisque substantiis, & Aqua frigida qb.
quietem, quam invexit, illas disjunge-
re non possit, neque apta fiet obstru-
ctiones removere; Et permisso, quod
lapidem Renibus impactum aliquando ab-
duxisse visa fuit, ille tamē grandis es-
se non poterat, cum in Nephritide non
semper Urinas omnino intercipiat, &
copiosus Aqua frigidæ patet, qui lapi-
dem, Urinam abundantiorem faciendo,
courget, sanguinem non inficit, quaesi-
to pertransit.

Sic autem Renes ob conniventiis, su-
perfluentibus serositatisbus aditus per vios
non reddant, cum huic duplice, ex cau-
sa subjecti fiant, videlicet, ut ait Gal-
lenus in supracitato libro de symptomis
cum causis cap. 2; i. aut propter collectio-
nem aliquam, quæ præter naturam sit, aut
propter vimiam siccitatem accidentem; ita si
prima Aqua frigida satis esse non potest,
sic, & secundæ aliquando opportuna fieri
videtur.

Conniventes quidem interdum sunt
Renes

Renes ob crassos quosdam humores, qui in eorum porositatibus interclusi, ac ob difficilem transitum in tumores elevati, magnis angustiis prementes, ab illis urinas in vesicam delabi non permittunt: at, quia Aqua ob frigus majorem crassitatem tribuit, & quo minus tumores resolvantur efficit, neque Urinas fluentes reddere posset. Et licet hujusmodi tumores aliquando calida apostemata representant, attamen, quia Aqua suo algore incrudesceret, & non abduceret, aut etiam si suppurati fuerint, probè non abstergeret, nec illa impedimenta removeret, quæ cursum Urinis intercipere solent. De hac enim præcipua Renum collectiva conniventia loquutus fuit Avicenna in lib. 3. sui operis sen. 18. tract. 2. cap. 1., cui in cap. 3. cum curam adhibere voluissest, Aquæ potum omnino interdicere visus est. Sic enim ait. Et propter illud oportet, ut prohibeas potum Aquæ quantum possibile est, scilicet in hora simili huic horæ, quamvis sit conveniens secundum aliquem modum curatio admundificandum; nam et si Aqua sit conueniens,

O

niens,

niens, propterea, quia infrigidat, & humedit apostemata calida, veruntamen cum est taliter, quod impellit provocationem, & coarctat versus eos ea, quae sunt effusa ad latus hujus apostematis, & ad contrariam viæ suo motu, tunc nocumentum est supra juvamentum, causa qualitatis suæ. Hoc est, ut explicant aliqui Doctissimi Viri, quia crassius reddit, quod Renes intus concludunt, & canalia angustiora facit, quorum munus est Urinas promovere.

Plerunque vero Renes conniventes fiunt ob nimiam siccitatem; & hoc accedit, quando febres humiditates impensè à corpore resolvunt, & Renes intercludi videntur, non solum, quia humiditatibus, quæ à sanguine decidere solent, orbantur, verum etiam, quia ob fervores sanguinis, & præcipue ejus, qui per arterias, & venas emulgentes, quæ ipsos circumsepiunt, Phlogosin quandoque concipientes, contrahuntur; & in hoc casu Aquam frigidam congruam existimaverim, eò quod fervores sanguinis retardat, qui humiditates distrahit;

&

& Renibus laxitatem præbet, ut Urinas
trajicere possint.

Hanc autem sicciam conniventiam, cum collectivæ oppositam dignovisset Sapientissimus Avicenna, ipse quoque contraria curantia distrahendam esse proposuit, inquit enim in loco supra citato inferius. *Quod si necessaria fuerit, tunc vportet; ut in potu detur Aqua frigida, quæ fugendo per cottum (vel ut explicat alia litera, fugendo paulatim), vel per aliud sumatur.* Si enim de conniventia collectiva verè loquutus esset; utique, quæ prius significavit, contradictionem invehement; cum necessitas haud remedia incongrua, sed solùm, quæ curantium contrahunt, ob urgentiam, indicat.

In Ischuria autem legitima, in qua Urina vitio vesicæ suppressimuntur, quamvis musculo sphincteri, qui ejus os claudit, pariter siccæ inflammationes obvenire possint; nihilominus tamen, quia Aqua frigida vesicam majorum serositatum copiâ afficeret, & ob aliam causam, nempe ob nimiam distensionem à debita

O 2 pres-

pressione distraheret, non posset equidem pari virtute proficere. In uno tamen casu suas virtutes dilatare valeret, scilicet, quando sanguis ob nimiam liquefcentiam in serositates resolutus, illas abunde in vesicam promoveat, & haec ob nimiam dilatationem, privata pressione non trajiciat; etenim quia Aqua frigida fusionem sanguinis cohibet, & serositates ab ipso minus decidere facit, licet in vesica conclusas abigere non possit, causæ tamen obstat, ne crux illas magis profluentes faciat; & quanquam à tergo influentibus vesica ulterius opprimi videatur, tamen, quia usu catheteris ab his levari potest, & applicacione remediorum extenorū sensim vigorari, præteritam culpam redimens, redintegrabitur, ut ex sequentibus Historiis colliges.

Annus eniū octavus pertransit, quo infirmabatur Dominicus Ragozzino, Faber autem lignarius erat iste, domicilium habens in viculo quodam, ubi dicebatur *la Mannise*, qui recurrentis Rhedæ impetu, invicinum coactus parietem, cum penè

penè frangi viſus eſſet, auxiliū meū
 imploravit; quem licet aliquo modo
 post aliquod tempus restituifsem, im-
 potens tamen ſemper erat ad laboran-
 dum. Cui, ut preſto eſſem, balnea na-
 turalia adveniente tempore Veris, ut in-
 grederetur, imposui; in qua providen-
 tia acquiescens, tempore iſtabilito Inſu-
 lam Aenariam pergit, & cum ea uſu ha-
 buiſſet, fortior redire viſus fuit; qua-
 propter per plures annos de iisdem pe-
 riculum facere voluit, nam vigore prædi-
 tus ſemper redibat, & melius poſtea ſuis
 incumbebat negotiis. Transactis autem
 aliquot annis, febribus quibusdam ſubji-
 ciebatur, à quibus aliquando haud libe-
 rari poterat, ni magnam quantitatē
 Urinæ cum ſummo ardore projiceret.
 Recidivus ergo quodam tempore à febre
 factus, Urinæ non ſicuti prius laborio-
 ſè prodibant, ſed tamen omnino ſuppri-
 mi inspiciebantur, quas licet uſu cathe-
 teris ſemper à vefica extrahere faciebam,
 nihilominus tamen paucō transacto tem-
 pore, eandem iterum implebant, & triplo,
 vel quatruplo materiam potus ſingulis

O 3 die.

diebus superare videbantur. Cum autem febrem, illum haud derelinquere inspexisem, immo ob magnam sitim, anxietatem, & linguæ ariditatem, sensim etiam exolvi; sanguinem in hæmationem abiisse, suspicatus fui, unde negligens per aliquod tempus curam vesicæ, omne studium ad sanguinem reducendum imposui; Quapropter lacte caprillo primum instaurandum curavi, & multoties etiam aliquas potiunculas ei largiebar ex syrupo violaceo, unâ cum pulvisculis ex gummi Arabico, & Dragacanthon; Vesicam interim semper cathetere exhauriri faciebam, ne ulterius à magno pondere Urinæ gravaretur. Verum, quia morbus ad plenum dissipari non videbatur, immo ægrotantem in majorem ruinam abire perspexissem, semel in die post octo horas à pastu, largissimum potum Aquæ frigidæ permittebam; quem cum proficuum post paucos dies expertus fuisset, (etenim sitis extingui inspiciebatur, lingua humescebat, somno aliquantulum indulgebat, & urinæ quam per catheterem extrahebantur, sensim

sim diminutæ prodibant, cum materiam
potius parum aliquando excedebant) per
duas hebdomadas hujusmodi methodum
servare injunxi, & sic febris intermisit,
situs evanuit, & corpus iterum nutriti
cœpit. Urinam tamen, quia ad nutum
voluntatis non transmittebat, ob obtu-
sum sensum vesicæ, hanc balneis, & ca-
lidis fomentis instaurandam proposui,
& quamvis à prima invasione transegis-
sent quadraginti dies, sanus tandem per-
fectè evasit.

Secus autem accidit Rev. D. Paulo
Adjutorio, Religioso benemerito PP. Ca-
maldulensem, cuius solertia munus
erat, Procuratoris hic Neapoli com-
missum. Infirmam autem hic vitam du-
cebat, nam forti Stranguria à multis an-
nis laborabat; & quotidie cum Urinis
magnam quantitatem materiæ fabulosæ
extrudebat. Negotiis ergo suæ Religio-
nis incumbens, urinæ licet profluere vi-
debantur, magis tamen dolorifica, ob
non assueta exercitia efficiebantur, &
quandoque quadam ex parte, etiam à
consuetudine deficiebant, quia in magnos

sudores s^epe resolvebantur. Claudens ta-
 men cursum sui officii, Archimandrita
 Sacri Eremi Sancte Marie Incoronatae
 factus fuit; quo pergens ob clima fri-
 gidum illius loci, sudores, quos prius
 abunde profudebat, non amplius rever-
 ti visi fuere, nec Urinæ proinde fluen-
 tiores reddebantur. Transacto igitur ali-
 quo tempore cum hac convalescentia,
 sensim, & sine sensu, tumor quidam
 subtus Umbilicum apparuit, ad quem
 resolvendum multos medicos circumvi-
 cinos convocari jussit, qui eidem, etsi
 multa remedia præbuissent, tumor au-
 tem non distrahebatur. Neapolim ergo
 rediens, cuidam Perito suo partialissimo
 amico curantium commendare volvit,
 qui in determinationem veniens, tumo-
 rem esse de scirri genere, quia dolorem
 non afferebat, balnea naturalia Putheoli,
 vulgo dicta *Subveni homini*, ingredi or-
 dinavit, indicationem capiens, non so-
 lùm à tumore, quem distrahere cupie-
 bat, sed etiam à sudoribus suppressis,
 urinis diminutis, & à materia fabulosa,
 quam cum urinis non sicuti prius excer-
 nebat.

nebat. Exonerato igitur corpore Aqua solutiva Pauli Emilii, & syrupo florum persicorum, balnea introivit; sensim tamen debilitari cœpit, & urinas, quas copiosiores reddere debebat, magis deficiente erant. Suspicionem tamen habens aliquem lapidem in Vesica abscondi, illam cathetere explorandam esse præcepit. Adveniente igitur Lithotomo, catheterem in Vesicam injecit, in qua lapidem non reperiit, sed magnam quantitatem urinæ ab illa extraxit, quo facto tumor statim evanuit; liqueccebatur enim sanguis, & propter balnea oxyus in urinas resolvebatur, quas plus justo vesica excipiens, in magnum tumorem se elevabat. Ab extractione igitur transactis aliquot horis, quia urinæ ob sanguinis liquationem, iterum copiosæ descedebant, tumor rursus se manifestavit, quem usu catheteris denuo resolvere oportuit. Et quanquam necessitas sic postulabat, catheteris tamen usu, Vesica tandem in inflammationem abiisse visa fuit, propter quam infra paucos dies oculos in mortem clausit. Aperto igitur

tur cadavere, magna copia urinæ in Vesica inventa fuit, hujusmodi autem livida erat, ob Gangrenam, quam contraxerat; corruperant enim omnem ejus substantiam, cum longi urinæ adhæsus, qui eandem debilem effecerunt, tum summæ dilatationes ob copiam, quæ non modo urinas ab exitu retrahebant, verum etiam ulcus, quod habebat in collo, summopere propagabant. Hic enim usu Aquæ frigidæ curatus esset, forsan (ad meum sensum) restitui potuisset, quia licet Aqua ulteriorem materiam urinæ sanguini advehere valuisset, istius tamen ruiturum retinens, minus in perniciose humiditates abire permisisset. Et dato, quod Vesicam, quæ Ischuriā parturiebat, immediatè Aqua frigida non attigisset, majori malo occurrens, quo ulterius labefactaretur, interdixisset. Quapropter semper animum advertere debemus, num in Ischuria legitima congregetur urina in Vesica ob sanguinis liquefientiam; cuius copiam, licet Vesica ob nimiam distensionem aliquando non transmittat, haud possunt tamen
me-

medicamenta , quæ illius exitum provo-
cant, sanguinem sic affectum restituere ,
sed tanquam altera Diabetes curari de-
bet , ut paulò inferius.

STRANGURIA, ET DYSURIA.

SI ve guttatum urina cum ardore ema-
net , aut affluenter cum dolore pro-
filiat , semper morbum teterimum de-
signat , ac curationi renitentem , cum
neminem se vidisse servatum narret Hippo-
ocrates in libris Epidemiorum . Quam-
obrem , cum nullum fere remedium hi-
scæ affectionibus sæpe proficere videatur ,
etiam de Aqua frigida quamplurimi in
præsentiarum periculum facere cogitant .
An verò ex methodo hujusmodi praxis
debeatur , quando , & quomodo , ab his ,
quæ modo tibi significatus sum , ima-
ginem mearum cogitationum delineata-
tam habebis .

Et quidem hoc vitium , vel immedia-
tè urina à sanguine derivat , aut à par-
te , per quam pertransit , vel cum ea con-
sentit , contrahit . Utcunque autem con-
sequi-

sequitur, datis quibusdam, potest aliquando subsidio venire, non datis autem obesse.

Utilitatem quidem interdum afferre potest, quando lotium à sanguine, vel nimis effervescente, aut à bili salina-sulphurea turgido, acrimoniam nactum, laboriosè transmittitur: nam cum Aqua frigida humiditates longè, latèque prolatet, cruorem omni ex parte perluens, atque ipsius fervores contrahens, illas, quæ ab ipso deducuntur serositates, minus nocituras reddit. Nisi enim aquositates copiosiores fierent, paucæ illæ serositates, quæ sanguinem circumfluunt, superfluitates, quas ab ipso exciperent, majori complexu tenerent, & non nisi molestiam inferendo easdem promovere possent.

Damno tamen effet, si lotium à sanguine acido acri acrimoniam mutuaverit; quia crux per hujusmodi ægritudinem, sæpe crudos, & crassos generat succos, qui etsi acredines etiam involuant, Aqua ob frigus magis concluderet, & fortius implicando hostiliores red-

redderet. Senes enim, quia acidæ cruditates generant, hisce ardoribus plerunque subiecti fiunt, & propter debilitatem, ac frigiditatem naturæ, minimè reduci posse videntur.

Argumenta autem, quæ huic meæ estimationi vim tribuunt, erui possunt ab ipsius causæ intuitione; nam sanguis acido falsus fieri suescit, vel ob languorem, aut deficientiam fermenti fellei, ut opinatur Helmontius, quod non valet succum Pancreaticum degenerem emendare; vel ob potus, aut cibos acidiores, siue non bene fermentatos, qui felleum liquorem pervertunt. Cum autem Aqua frigida fermentum felleum adeo instaurare, vel supplere non possit, ut succus Pancreaticus, & acores alii ex languore aliorum viscerum oborti, corrigantur, aut acidæ cruditates à crudis, crassisque cibis promotæ, emendentur, neque poterit hisce ardoribus ab acido acri vitio sanguinis progenitis curantiam injicere. Hujusmodi enim ægrotantes cachexiis compluries subjiciuntur, debiles redduntur, tardè coquunt; parum appetunt,

mi.

minus sitiunt, frigidi evadunt, & viscera eorum semper crudis, & crassis suc-
cis abundare prospiciuntur.

Quod si culpa Renum, Vesicæ, aut potius Uteri, vel Intestini recti, quæ cum Vesica consentiunt, dolores, sive ardores promoveri videantur, uti scribit Hippocrates in lib. 5. aph. 58. *Recto intestino, aut utero inflammationem pa-*
tiente, urina stillicidium accidit, &
renibus purulentis accidit stillicidium,
urinae. Tunc curantia etiam disparilis esse solet. Et quidem quantum ad in-
flammationem attinet, si hæc simplex Phlegmoris fuerit, cum hæc non aliud,
quam sanguinis incensionem designet, quæ in fibris quandoque sola mutatione
facta, & sine manifesto tumore, sanguinem à cursu præpedit, poterit multo-
ties prodesse, quia flammam extinguit, la-
queos disperdit, & sua gravitate sanguinis cursum properat. Si vero Phlegmonin
representabit, minimè meo videri con-
sentanea evadet, quia ob tarditatem, &
crassitatem, quam sanguini confert, illum magis in parte inflammata conclu-
deret.

Quo-

Quomodo cunque tamen hujusmodi partes exulceratae fuerint, nunquam pro remedio esse posse mihi persuadeo, quia si *Frigus ulceribus omnibus mordax est*, ut docet Hippocrates in libro 5. aph. 20. in his mordacissimum redderetur, ut idem in aph. 22. ejusdem libri narrat. *Et Herpetibus exedentibus, Sedi, Pudendo, Utero, Vesicæ, bis calidum amicum, & judicans, frigidum verd inimicum, & interimens.* Vesica enim, Uterus, Sedes, & Pudenda, cum omni ex parte nervosa sint, sicuti à calido semper juvantur, ita à frigido suminopere laedi solent.

Et tandem si ardores aliquando ægrotantes patiantur ob calculum vesicæ, Aqua frigida abstrahere non potest; cum quia mucositates, in quibus involvitur, & augmentum capit, copiosiores fierent, tum quia urinæ abundantiores factæ, in exitu calculum fortius impellerent, & Vesicam ulteriori pressione, maiorem angustiam subire permitteret.

Sic enim accidit annis clapsis Nicolao Sellico, in Plathea vulgo dicta lo Pennino

nino, qui ob calculum grandem, quem in vesica gestabat, cum hisce ardoribus subjiceretur, & spe ductus à tantis cruciatibus liberari, si Aquam frigidam ad satietatem biberet, postquam sorbuit, ob citatiorem urinæ transitum, dolores adeo increaserunt, ut potius mori optabat; quam illi viventibus censerit.

Vidi etiam non multis ab hinc annis Infectorem quendam serici, qui denominabatur Dominicus Tucci, in Plathea di-Eta, *Santa Catarina delli Trenettari*, qui ob summos ardores, quos calculus magnus, quem in vesica gerebat, promoverat, cum Aquæ frigidæ ad longum tempus, mane quinque horis ante prandium, & sero totidem à pastu, ad duas, vel tres libras, copia affectus esset; præterquam, quod Aqua frigida illos non abduxit, cachecticum tandem reddidit, & inter vivos agere, desinere fecit.. Hi enim blanditiis decipiendi sunt potius, quam remediis suspectis tractandi; & illa medicamenta semper ad manus habere debemus, quæ si hosce ardores penitus non eliminant, saltem mitiores facere possunt.

DIA-

D I A B E T E S.

DIabetes à verbo græco διαβαίνω, latinè transeo, dicitur, in qua urinæ non solum post potum cito fluentes fiunt, sed triplo, vel quatrupo multoties illius quantitatem excedunt. Sitim enim tantaleam invehit, quia corpus omnibus humiditatibus spoliat, febrem advehit, quia sanguinem plusquam oportet agitatum reddit; & corpus demacrescere facit, quia debita refectione privat. Et quanquam antiqui in determinandis differentiis discordent; omnes tamen in Causa cum Hippocrate conveniunt, nempe à sanguinis liquatione fieri. Sic enim habet in lib. 6. Epid. sect. 5. *Urina concolor cibo, & potui, & ut consuevit, ubi humidi colliquatio.*

Et quidem, qui hujusmodi mali effetus attento animo intuentur, non nisi à plus justo laxato crurore originem habere posse, conjectura prospicient; etenim, si potus, & cibi humidiiores, urinis in materiam suppeditant, absque dubio, si

P hujus-

hujusmodi defecerint, & urinæ plusquam satis ubiores fiant, cum hæ immediate à sanguine derivent, nisi crux laxaretur, plena manu non promoveret; nam si strictus evaserit, cum fortius complectetur, illas non traduceret. Si enim sanguis non colliquesceret, motus Cordis concitator non fieret; partes internæ à sensu molesto caloris non afficerentur, nec partes solidæ à febre distractæ, contracta macie contabescerent. Partes enim solidæ, semper cum liquidis convenient, & sicuti illæ liquidis congruis sustentantur, ita si hæc alienari videantur, solidæ partes proprias substantias pro illorum instauratione tradunt.

Et quod verè partes solidæ in sanguinem quandoque abeant, & cum illius substantiis in Diabete transmittantur, ulterius argui potest, non solum à pinguedine, quæ sub olei forma cum urinis extruditur; verùm etiam, quia hujusmodi, veluti Mel, & Lac dulcescere solent. Ceterum si substantiæ partium solidarum, dum sanguinis penum resarciant, cum eodem non liquarentur, neque

que cum ipsius particulis dum foras trajiciuntur , urinæ indaginem representarent . Et licet renes dilatiori hiatu possint , etiam aliquando urinis promptiorem transitum præbere , haud quam tamen si serositates sanguini non supereressent , apti forent illas transmittere , quia nemo , quod non habet , ali cui dare sufficiens esse videtur . Galenus enim , qui magnam activitatem in renibus excalefactis reposuit , liquefactionis non immemor , huic primum locum tribuere visus est , sic enim notat in lib . 5 . de simplic . medicament . facult . cap . 13 . *Si quidem ad id , quo facilimè ad se trahunt renes , quod in sanguine aqueum , tenueque , ac serosum est , utraque hæc conferunt , nempe totius sanguinis primum fusio , deinde segregatio , quorum neutrum absque valido calore peragi queat . Calorem enim , sive motum pro causa hujus dissolutio- nis agnovit , quia motus est , qui parti- culas cujusque corporis , quæ stricto complexu tenentur , separat , atque disjungit . Præterquam , quod si renes ad hanc affectionem producendam soli con-*

current , sanguinem , etiam cum urinis traducerent.

Hunc autem motum fusivum , compluries sanguis init , quando salis volatilis , & valde acris copia afficitur , & præsertim si eidem adjungitur acidum acerrimum , *Utpote cui quemadmodum docet Franciscus de Leboe Sylvius in Appendice ad Praxim tract. 5. num. 330.* priæ aliis rebus convenit res quasvis corruptere , & ad fluiditatis statum deducere ; ut sicut videmus in scorbuticis , qui sæpenumero sputatores fiunt , & urinas fluentiores reddunt . Quam existimationem confirmant in dies causæ , quæ hunc affectum promovere solent ver3. Febres quamplurimæ salino-sulphureæ , vel vini vaporosissimmoderati potus , aut cibi multo sale , & pipere conditi , sive motus animi , & corporis concitatores , ita ut perinde etiam , & Regio calidissima , de qua præcipue verba faciens Doctissimus Hieronymus Mercurialis in lib. 3. suæ Practicæ cap. 30. ait , ideo antiquis græcis , raro hunc affectum innotuisse , quia cum Regionum occidentalium incolæ fuisserint ,

sent, ob frigus, quod illuc dominabat, non ita facile promoyebatur; in Orientalibus vero, & præcipue in Ægypto, cum calor illius Regionis moderationis limites prætergrediebatur, citius fieri, consuetum erat, ac proinde Raby Moses, qui per decem annos illuc commoravit, plusquam viginti dinumeravit.

His pro certo habitis, & quis inficiabitur, Aquam frigidam, diabeticis sitionibus, & consumptis prodeesse non posse? hæc quidem humiditates abundè distraetas suppeditat, salia, quæ sanguinem impensè dissoluunt, diluit, acrenes ab eodem contractas avertit, & ex nostra hypothesi, omnibus motibus liquativis ex adverso esse potest. Remediaq; enim, quæ motum retardant, non aquè omnia humiditates congruas subministrant; at quia Aqua frigida debitas humiditates præstat, reliqua antecellit, quia fortius agit, nempe cito sitem placat, sensum molestum caloris intus distrahit, ac à dissolutione cruentum tuetur; & quamquam humiditates copiosas introducat, minus tamen profluentes facit, quia san-

guinem à liuatione abducit . Refert enim Zaccutus Lusitanus in lib. 2: suæ Practicæ cap. 17., Hominem quendam , cui necesse fuit , tempore hyemis , se- viente bruma , per viginti dies in lacu- nam Aquæ frigidæ plenam se injicere , ut à magna siti , & ardore , quem ingens urinæ exitus , promoverat , vindicare- tur . Rhasis etiam hæc erat Praxis , sci- licet diabeticos in Aquam Frigidam im- mergere , & tamdiu in illa commorari faciebat , donec universa cutis propter frigus obrigesceret . Et tandem Avicen- na , tam in infrigidantibus , & humectan- tibus remediis confidebat , ut nullo alio præsidio melius resolvi posse vaticina- batur . Sic enim inquit in lib. 3. fen. 19. tract. 2. cap. 18. *Diabetes quidem cum ac- cedit , ut plurimum accedit ex caliditate ignea , qua propter plurimum curationis ejus est , infrigidatio , & bumedatio , cum fructibus , & oleribus , & robub fri- gidis , de illis , quæ non provocant , si- cuti sunt Lactuca , & Papaver , & qui- scere in aere frigido humido , & sedere in tinea Aquæ tamdiu , donec fortasse con- gete-*

geletur (vel ut alii explicant, vehemen-
ter infrigidetur) & sedetur sitis ejus, &
infrigidentur renes, & fortes fiant la-
certi eorum, & confert in ea odorare can-
phora, & nuphar, & similia de redol-
lentibus frigidis; & de illis, quae valent
ad hoc, est dormire, & occupatio à siti
est remedium antecedens. Quare oportet,
ut occupetur saltem sumendo à potu super-
fluitatem Aqua, & melius illo est, ut su-
mat in potu Aquam frigidam valde, &
deinde evamat eam, & iteretur illud in
eo. Medicamenta enim adstringentia in
Diabete, si actuati frigiditate orbentur,
haud certam reductionem promittunt,
quia licet solidis partibus aliqualem fir-
mitudinem tribuant, à liquidis tamen
stimulos non removent; unde idem Avi-
cenna in loco citato, sive Affocam ex
farina hordei, aut trochiscos ex balau-
stiis, aut Bolum Armeniam, Draga-
canthum, vel Gummi Arabicum usu ha-
bebat, semper cum Aqua frigida permi-
scere susebat, ad hoc ut partes stimulis
privatae, minores, irritatores percipe-
rent, minime omnium resloverentur,

P 4 atque

atque , ut robur acquirentes , novas humiditates sibi assimilare possent ..

P O D A G R A.

Quanquam hoc nomen Podagra ad significandam pedum dolorificam passionem præcipue destinatum fuerit ; nihilominus tamen , quia præsens occupatio Praxim invehit , & ægrotantes , ut ait Nathan Lacy in tractatu de Podagra . *Res & substantias , non autem nomina , & pompam querant .* Hic Podagram universim sumo , & omnem sub illo nomine arthriticam passionem comprehendo , scilicet , dolorem , Coxendicum , Gonagricum , Chiragricum , Podagricum , Rachisagricum , Omagricum , Pechisagricum &c. Num autem hujusmodi dolores Aqua frigida aliquando diverti possint , ex aliis primùm , deinde ex meo sensu opinione expromam .

Et profectò quidem multi sunt , qui pro parte affirmativa contendunt , & præsertim , si à causa calida promoyeret videantur ; nempe quando præter magnos

gnos cruciatus, quos s̄epissime inferunt, febrem promovent, virtutes resolvunt, & articuli rubore, calore, ac gravi pulsu occupari prospiciuntur: Nam cum hæc omnia magnam Hammam representent, & cum non exigita effervescentia, etiam summum humorum acrimoniam; Aqua frigida, quia quietem affert, sicuti fervores extinguit, & aculeos ab humoribus efferis aufert; ita etiam doloribus levamen tribuit, nec non animo pacem, ac viribus consistentiam.

Et quod in acerbissimis articulorum doloribus, aliquando Aqua frigida posset se adjutricem præbere, authorem Hippocratem esse dicunt, qui in lib. 5. aphor. 25. ait. *Tumores articulorum, & dolores sine ulcere, & padagricos dolores, & convulsiones, horum plurima, frigida multa super affusa levat, & minuit, & dolorem solvit; Stupor autem mediocris dolorem solvit.* Quod clarius explicasse Galenum referunt in comm. Quæcunque enim inflammations, vel inflamina ad rubrum, & subcruentum recenti sanguine tendunt, à frigida ait sunari, quæ

influxum sic cohabet, & dolorem in talibus solvit, quia ejus causam abscondit. Refrigeratio enim largior, affert corporem mediocrem, qui & ipsum dolorem solvit, sensum hebetando. Et tandem Cornelium Celsum; etiam adducunt, qui in lib. i. cap. 9. sui operis, sic literis mandasse tradunt. Frigida prodest articulis, doloribusque, qui sunt sine ulceribus. Cum ergo ex horum sententia Aqua frigida ex tripli secè adhibita, articulorum doloribus succurrit; si affluenter in potu exhibatur (inquiunt) causam, quæ illos promovet, facilius dissipare poterit. Humores enim si effervescendo abscedunt, donec a fervore non recedunt, influxum cohibere non possunt, nec acrimoniam, qua prædicti sunt, deperdere videntur, si à motu non revocantur; agitationem enim deperdentes, pacati fiunt, & quamquam in articulos influant, minorem agitudinem inferre solent.

Alii autem, etiam in calidis affectionibus ab hujusmodi methodo declinant; quia, et si ob frigiditatem, & humiditatem à liquoribus summus fervor, & acrimonia

monia auferatur ; obruta tamen flamma, licet dolores mitescerent, tumores autem non removerentur, qui diuturnum morbum efficientes, potius ægrotos catchexiis obnoxios redderent.

Mihi autem placet Vir Sapientissime in ambas opiniones venire, scilicet si morbus dat inducias, & quiete, ac vita tenui, brodiis alteratis, frigidis syrups, vel emulsionibus, removeri posse spem induxerit, a potu Aquæ frigidæ copioso, vel à fuscione in partem dolentem, abstinenterem ; cum tardiorem, istius affectus resolutionem faceret. Si autem febris ingens fuerit, urinæ rubro colore vestitæ, sitis tantalea, vigilæ perennes, & partes dolore obsessæ, magnam flammam designaverint, ac supradicta præfidia non proficient, non abhorrerem quandoque Aquam frigidam pro medicamento in potu exhibere, scilicet, vel mane jejuno ventriculo ad satietatem, aut sero ad modum largi alternativi, ne virtutes præ dolore, & nimio fervore exolvantur. Extrinsecus tamen non statim parti dolenti adjungere,

rem, nisi necessitas à remotione cause curantiam non divertat: Nam quanquam, Hippocrates, Galenus, & Celsus, Aquam frigidam parti dolenti superaffundendam esse insinuarunt, symptomati respexerunt, cui ex adverso ire, solum ob urgentiam, relicto morbo, aliquando expediens esse posse videtur. Id autem, etiam advertisse Galenum legimus in Comm. 6. lib. 6. Hippocratis de morbis Popularibus textu 5. ubi: *Refrigeratio autem rarius sedandis doloribus utimur, membrorum quidem exteriorem superficiem densante, diffenta verò magis intende.* Solas igitur calidas intemperies, sine materia multitudine factas, refrigeratio discutiet; sicuti in capitibus dolore ob solis aestum, aut febrium ardorem; Caput igitur oleo rosaceo frigido perfundentes *symptoma curamus*, & Erysipelata ob excedentem calorem, dolorem inferentia, nec non & Podagras, in quibus biliosa, calidave fluxio est. Cum autem causæ occurrere possimus, de symptomate non curabimus, cum subito reprimi consuetudinem accipiat, si id à quo

quo derivat, disperditur. Hinc licet Aquam frigidam, parti dolenti super impositam, dolorem abstrahere multoties videmus, hanc removet, quia causam, à qua fluxio procedit, abscondit, sed quia illuc inducto, ob frigus torpore, aliquo modo distrahit; quæ doloris ablatione, non est semper secura, & præferunt si fluxio copiosa fuerit; etenim præterquam, quod particulam debiliorem redderet, humores etiam illuc affuentes, alibi diverteret, qui in nobiliorem partem forsitan irrumperent, affectionem periculosiorem efficerent, ut optimè notat Daniel Sennertus in cap. i. de Arthritide. Non solum manus, pedes, & articulos hujusmodi passiones infestant; verum etiam in ipsum Caput, in ipsum Jecur, in ipsum quandoque Cor faciunt impressiones. Quapropter si necessitas postulaverit, tunc solum institui posse censeo, quando articuli minus tumore, quam dolore premuntur, alioquin ob magnam refrigerationem, sive summam quietem, quam agitatis humoribus impertiret, licet dolorem corruiperet, tamen

tamen, quod influxum jam est, fortius devinceret.

Caterum, nec quando partem infrigidare oportet, magnam stupefactionem inducendam esse reor, cum Hippocrates solum mediocrem laudavit; siquidem ab excedenti frigore, immoda stupefactio, sive caloris, & doloris magna diminutio, est potius quedam mortificatio, quemadmodum significavit. Sapientissimus Franciscus Vallesius in commentario supracitati aphorismi; ubi: *Maximus stupor nihil aliud facit, quam pro acerba, plenaque doloris, afferre blandam, ac sine dolore mortem.* Quapropter Hieronymus Mercurialis in hujusmodi casu, haud affluenter superaffundendam esse censuit, sed ab alto, ad instar hillicidii, ut non ingens, sed moderata fiat stupefactio. Podagra enim quandoque pro remedio esse solet; dum natura ad partes quasdam longinquas sepe transmittit, quod sibi molestiam aferat, & ideo haud subito illam materiam reprimere oportet, ne acris fluxio, in partem nobiliorem irrumpat, ut velut

Iut accidit annis elapsis magnifico Nicolo de Franco Textori serici, apud Sanctam Mariam Gratiarum, vulgo dictam *All' Horto dello Conte*, qui à Podagra cum gravissimè affligeretur, quatuor tripontiis nivis pedes coöperiebat, à quo remedio, quia aliquod refrigerium percipiebat, usu semper habere in suis angustiis suescebat; sed non multum tempus præteriit, quod Asthmate crudo corruptus, & à doloribus immanibus intestinorum dilaniatus, cum pedum magna intumescientia, atque diffcili respiratio-ne, lucis usuram amisit.

E R . Y S I P E L A ' S .

Erysipeli autem, an Aqua frigida etiam sufficiens esse possit, quamquam multi opinione dissentiant; non deficiunt tamen, qui ejus usum congruum existimant; Et sanè quidem quamplurimi in hanc opinionem veniunt, quia ignis more procedit, cum non solùm flammam promoveat, que ardorem concitat, quin etiam urendo quandoque eutim

cutim , & subiectas carnes depascit . Sulphur enim sanguinis multoties extra temperiem evehitur , cujus particulæ quædam cum aliis principiis non congeneres existentes , & cum ipsis consortium inire non valentes , à mistione solvuntur , & efferaçæ redditæ , sanguinem exagitant , atque conturbant . Dominium itaque obtinentibus , laxataque crux compage , spiritus in motus agitantur , & dum prosiliunt , increscit sanguinis fervor , & excandescens , sulphureis particulis non adhuc contemperatis , quæ cum circumcurrente sanguine sibi invicem impingunt , simul coeunt , & complectuntur , majores vires acquirunt , & illius incendium augent . Dum vero ad angustiores tubulos perveniunt , quia ob crassities eos pervadere non possunt , cunctatione in facientes , adustionis sensum promovent , & adaucta indesinenter eorum aggerie , ad superficiem usq; propelluntur , cutem distendunt , & in tumorem elevate : attamen , quia eodem impetu semper agitantur , nisi cito compescatur earum conflagratio , repagula à qui-

et quibus cohibentur effringunt, disperdunt, & partes in quibus continentur exurunt. Plerunque etiam salia quædam silvestria in phlegmatis formam resoluta, iisdem associantur, quæ majori vi cutim inficiendo, non semel etiam ex toto corrumpunt.

Et quod præsidium Vir Sapientissime magis opportunum inveniri poterit, quam Aquæ frigidæ dulci complexu frui? Ipiæ enim sua frigiditate bilis fervores coercens, magnos ardores ad lenitatem revocat, & humiditate, salium conjugia resolvens, non solùm sanguinis infestos motus destruit, quin etiam cutim quodam modo relaxat, ut minori resistentia fæculentias salino-sulphureas excipere possit. Non enim Aqua frigida, quod intus molestat, foras in hoc affectu promovere prohibet, eò quod, si usu habeatur ad moderationem,flammam cohibet, & non extinguit. Natura enim constanti motu separationes melius complet, nimio autem ulterius pervertit, immo si quandoq; ocyus derivat, maximo partium detimento protrudit. Ignis enim mode-

Q

moderatus coquit, excedens autem corrumperet videtur. Multoties enim magnum Erysipelas, cutim rubro colore iussusam, nigram praenimio ardore reddit, quam depascendo absunt, & agrotantes vitam cum morte commutare facit. Grassabatur enim hic Neapoli annis elapsis Erysipelas quoddam malignum, cuius causa multos cutem concremata periisse dignovimus, & illos dum taxat superstites fuisse vidimus, quibus in magna copia sanguis prius detrahebatur, & deinde Aquæ frigidæ satietate affici permisum erat.

Audiamus modò Doctores, qui hanc sententiam promulgatunt. Aetius de Ignis Sacri citca viscera affectione verba faciens, Aquæ frigidæ potu, se cum magna utilitate, usum fuisse apposita quadam Historia gloriatur. Et Galenum in lib. 9. meth. cap. 5. sic loquutum fuisse invenio. *Nec ignoror, quod te formidulosum redderem, nisi ea, me usum subinde vidisses, semperque cum successu, nec ægrum in alto manifestè lassisse. Quibusunque enim in principe particula, è phleg-*

phlegmoneſ, œdematoſ, aut ſcirri gene-
 re conſtitit, iis ſi rigida mofferre non oportet,
 ſed nec iis, quibus obſtructio, pu-
 tridusque humor non coctus incommodat;
 quod ſi evidenter percepis, abſque iam
 dictis humoribus coctionis notas, illud
 dumtaxat exiſtimabis, ſit ne pars aliqua
 temperamento adeo rigido, ut in hac
 noxa procumbat. Porro Eryſipelas, quod
 verum Eryſipelas fit, non aliter curave-
 ris, at ſi miſtum cum phlegmone fit, in
 hoc coctiones expetanda ſunt. Excipit
 enim Galenus Eryſipelas phlegmono-
 sum, quod cum ſanguinem nimis reſta-
 gnantem ferat, Aquæ frigidæ uſum non
 tolerat, ſiquidem incrudeſceret, & pat-
 tem inducto Absceſſu deſtruueret. Ad
 quod removendum ſanguinis miſſio, vi-
 cem Aquæ frigidæ gerere potest, quem
 admodum etiam rigorofum jejunium,
 moderata absorbentia, & lenia reſol-
 ventia; nimia enim refrigeratione ſan-
 guis ulterius congruēſceret, qui à ve-
 nis non absorptus, facile corrumpi poſ-
 ſet; ut accidit multis ab hinc annis Ma-
 gnifico Octaviano Anaclerio, Celeber-

rimo hujus nostræ inclitæ Civitatis Architecto, qui ob fortissimum Erysipelas phlegmonosum, quod ejus faciem occupabat, cum Aquæ frigidæ ad satiatem repleri voluisse, post aliquot dies, quamvis à febre, & Erysipelate melius se habere visus esset, sensim tamen, & sine sensu incrudescens morbus, Abscessu oberto in Capite occubuit.

MULIERES ENIXÆ, A LOCHIIS SUPPRESSÆ.

MOrbis enim quamplurimis conflantur mulieres, à partu autem ob lochiorum suppressiones, periculisioribus subiici solent, & præcipue à magnis febribus præhendi, à quibus adeo exagitari consuetum est, ut nicto iisdem auxilium præstetur, in vita periculum sæpè abire videntur. Siquidem jactabundæ fiunt, caloris immodici tædia sustinent, & quandoque ob nimias vigilias, etiam in phreneses incidunt. Anxiæ enim sæpe redduntur, difficulter respirant, cibos avertunt, ab intensa siti

mo-

molestantur , & tandem ob resolutiones virtutum, de sanitate acquirenda iisdem parum spei supereffe cernitur . Quapropter hæsitantes quamplurimi , magnis controversiis, etiam agitantur, num scilicet Aqua frigida iisdem quoque ex methodo præberi possit .

Et profecto multi sunt , qui refragan-
tur , propterea , quod cum punctum cu-
rationis consistat in lochiorum produc-
tione , (dum enim lochia non fluunt
convalescere nunquam posse videntur)
& hæc promovere non possit Aqua ,
quia ob frigus claudit ostia canarium , in
quibus concluduntur , atque illa segno-
ra reddit propter tarditatem , quam sua
quiete infert ; hinc cum vasculis laxi-
tas , & lochiis conveniens fluiditas de-
negari possit , omnes viæ potius præclu-
derentur , quām ad illorum productio-
nes adaptari possent . Solida enim , &
liquida , laxitatem , & fluiditatem tra-
hant ab humido , à frigore autem plerun-
que densantur , aut plus justo crassescen-
te consuescunt . Qua de re omnia reme-
dia , quæ hujusmodi purgamenta pro-

Q 3 move-

movere possunt, calidis humidis vehiculis magis, quam frigidis commiscenda esse deceruant, ad hoc, ut viæ exitus patentiores factæ, etiam crassum, quod continent, præterlabi permittant.

Hoc autem excogitatum Waldschmidii authoritate confirmant, quem in lib. de morb. mulier., Hist. 32., sic scripsisse referunt: *Vehicula*, quibus medicamenta assumentur, semper debent esse actu calida, vel saltem tepida, nequaquam frigida. Potus etiam constare debet ex istiusmodi ingredientibus, quæ nequaquam locchia magis suppressimunt. Ex his patet, quam cautè procedendum sit in febribus puerarum, nocent enim jula pia refregerantia, quæ alijs in febribus commendantur, nocent etiam acida, alias optima in febribus, nocent omnia frigida.

Rursus (inquiunt), cum Uterus membranosus sit, frigi incumbere non potest, quia facilimè contraheretur, & veluti in spasmus abiens, os internum intorqueret; & licet Aqua non actu frigida ad Uterum pervenire posset, quia tamen liquores ab eadem, non

non parvam mutationem suscipiunt, ipse quoque Uterus majora incommoda perciperet.

Judiciis autem probabilioribus induiti, sibi persuadent alii, Aquam frigidam Puerperis à lochiis suppressis, ac magna febre vexatis, suppetias aliquando afferre posse; non modo, quia congruis humiditatibus ditat, verum etiam, quia debitas, & exigitas praefat; & licet calidae humiditates possint pariter esse fluiditatis aurigæ, in summis tamen ardoribus si frigidæ fuerint, majorem eundem modum tribuere posse videntur; siquidem fervores moderant, vasa relaxant, & lochia fluentiora reddunt. Putgamenta enim Uteri, non semper suppressuntur ob letores, qui cruditates invehunt, nec omni tempore ob inflammations collectivas, que tumores circumscriptos constituunt, quin etiam compluries, vel propter phlogosæ, quas magnus fervor concitans, vasorum oscula claudit, aut ob nimis magnas liquorum acredines, obquas vasa rigescendo coniventia fiunt; hinc si lochia conclusa,

vitiisque affecta , magnam effervescentiam conceperint ; & debitiss humiditatibus orbata fiant , quando alia præsidia quæ Ars à bona methodo derivat , curationem non complent , non abhorrent interdum Aquam frigidam ad praxim revocare , quia fervores remittendo , diluit , vasa relaxat , illaque fluentiora reddit . Medicamenta enim , quæ magnis stimulis evacuationes expediunt , ad præsentiam magnæ febris , & in absentia humiditatum , cum irritationes promoveant , et si liquores solvere apta sint , vascula tamen , quæ ipsos concludunt , rigida efficere pro more habent , adeoque ob diametrorum fortes obliquationes , fortius occultare possent .

Verùm enim verò , quanquam hæc omnia rationi consona sint , & experientia pluries comprobata reliquerit ; nihilominus tamen , cum Uterus debilis , ex carnis , ac membranosus existat , & sumnum frigus sæpe eidem officiat , Aqua frigida multa cautione indiget , ut in Enixis suppressis ad usum revocari possit : nam etiam si febris , cuius comple-

xu frequenter , puerperæ suppressæ dis-
soluuntur , indicaverit ; haud semper
plena manu permitti posse , in opinio-
nem venio . Etenim si magna flamma ,
humores per abstractionem humidita-
tum multoties tardos reddit , fibrasque
Uteri in spasnum concitat ; plusquam
exigua frigiditas , eosdem cum crudite-
tate , lentescentes facit , & casum pro-
hibet , quia hujusmodi obstructiones pa-
riunt . Uterus enim imbecillis est , & si-
cuti fortia calorifica medicamenta , sive
præcipites motuscientia præsidia , quan-
doque respuit , quia in convulsiones ra-
piunt ; ita non semel nimis frigida asper-
nitur , quia veluti torpescere faciunt ,
& motu privant , quo evacuationes pro-
movere solet . Hinc si post puerpe-
rium Uterus nimis strictus factus fuerit ,
dummodo tamen phlegmonem non con-
ceperit , prius præmittere securius esse
existimo , quæ sine tanta formidine illius
substantiam laxant , & humores diluunt ,
ac fluentes reddunt , uti sunt julapia re-
frigerantia , brodia , Aquæ stillatitiae
congruae , cibi humidiores &c. deinde si
necess-

necessitas validiora præsidia indicaverit, licet tunc ad Aquam frigidam devenirem, illam tamen, tam attluenter, sicuti in aliis febribus mos obtinuit, non exhiberem, sed tantum alterativi loco, per vires, & intervalla, vel cum cibo ad prandium permitterem; uti faciebat Uxor Gorgiz relata ab Hipp. in lib. 5. epidemiorum, quæ cum sitiebat, & à partu non relevabatur, loco Vini, & ut potus ad prandium hauriebat, & sic febri providebimus, & Utero etiam in flammam evecto, securiorem curantiam adhibere videbimus.

Olim Gratia Ceva Uxor mea amatissima, (ad presens è vita deceessa) cum in robusta sua juvenili etate filium peperisset; paucis à partu diebus, penitus à lochiis supprimi, visa fuit. Cum autem pro consolatione parentum Quendam doctissimum Medicum ad ipsam curandam advocasset, ille statim à dissolventibus remediis curantiam initiare voluit; ad quem finem mixturam quandam conformavit, ex æquis partibus spiritus salis armoniaci urinosi, tincture castorei, & ef-

& essentiaz florum foris marini, illamque
 diluendam esse proposuit cām uaciis ali-
 quot Aquæ florū sambuci, & faccaro
 cantho edulcorandam. Quām cū lambere
 incepisset, statim magnos ardore
 in faucibus perfentire retulit, hinc lin-
 gua exiccati visa fuit, & labia rubro co-
 lore imbuta, etiam intumescere. Sitis
 autem erat clamosa, & dolores quoque
 atrocissimi Uteri regionēm occupabant.
 Cum igitur ægra omnia, quæ sibi appli-
 care dignovit, irrita experta fuisset,
 subito se ipsam mihi solummodo dicare
 voluit. Cui, ut obtemperarem, proje-
 ctis omnibus remediis, quæ adhuc cou-
 servabantur, mox sanguinem à pede ex-
 trahi debere injunxi. Hisce ergo meis
 annuens votis, sanguinem à pede dextro
 detrahi voluit; facta proinde sanguini-
 sis missione, circiter ad duas libras, pau-
 lò post, Galeni more, largissimam potio-
 nem Aquæ frigidæ usualis eidem perrexī;
 Erat autem tempus hybernū, ob quod
 Cœlo sereno Aqua in hydris frigida ad-
 servabatur, & cum quasi reviviscere vi-
 deretur, statim dormire cœpit, nam vi-
 gil

gil per plures dies , & noctes extiterat , ob magnam febrem , & dolorum acerbitates ; mane ab Utero abundanter purgavit , & cum Medici assistentis stupore , & aliorum summa admiratione , post paucos dies perfectè convalescit .

VARIOLÆ , ET MORBILLI .

Inter alias morbos cutis , quibus infantes præcipue subjici solent , Variolæ , & Morbilli annumerantur . Sunt autem hi gemini affectus fere cognati , cum vicissim puerorum cutim infestant . Quo ad ortum enim seminarium habent commune , atque curantiam sæpe non absimilem . Ambo enim cutim inflammant , cum magna febre promoventur , cutim elevate , & puriginosam reddunt . Unde vulgus italorum referente Hieronymo Mercuriali in lib . de Morbis Pueror . appellare fuerit , modo Cossos , modo Sturolos . Differentiam tamen sorciuntur , quia Variolæ quædam tuberculæ efficiunt multum elevata , morbilli vero parum extuberantia ; ita ut nimis

nibus tractentur, dijudicari non possint. Rursus Variolæ crassa sanie repletæ, suppurrari videntur; Morbilli autem, subtiliori materia imbuti, majorem febrem trahunt, & insensibili transpiratione disparent. Et licet quamplurimi hujusmodi morbos, antiquis græcis, haud innotuisse referant, meam tamen sententiam sequor, & quorundam Sapien-tissimorum Scriptorum existimationem complector, iisdem etiam manifestos fuisse; cum licet diverso modo significa-re viñ fuerint, eorum naturam tamen probè dignoverunt; ac explicarunt. Ete-nim sive ἔξαθίματα, aut ἔξδύματα omnes eruptiones, quæ in cutim fiebant, ap-pellabant, in Pueris autem cum succe-debant, Papulas præcipue denominabant, ut videre est apud Hippocratem in lib. 1. epidem. sect. 2. ubi: *Papulæ parvæ, & non pro dignitate rationis excretionis morborum, & statim rursus evanescentes, aut juxta aures tumores, qui non solve-bantur, & nullam de se significationem præbebant. Quibusdam in articulos, ma-xime verò in coxendicem, paucis judica-torio*

zorio modo cessantes, & statim rursus ad
 habitum ab initio invalescentes. Morie-
 bantur autem ex omnibus, & plurimi ex
 his pueri jam ablactati, & maiores natu-
 octennes, ac decennes, & non dum pube-
 res. Quæ verba interpetrans Subtilis-
 simus Franciscus Vallesius, sic diluei-
 dat. *Virisimile est ergo pueros, qui semi-*
tertianis laboraverant, in quibus Pitui-
ta prevaluerat, Variolis, in quibus Bilis,
Morbillis laborasse. Nomina autem essen-
 tias rerum varietate non distinguunt; cum
 eadem res ob varios linguae sermones,
 diverso nomine exprimi possit. Abigens
 igitur quæstionem de vocabulis, atque
 etiam determinationem causæ primiti-
 væ, quam ab ortu habuisse communiter
 existimant, sensu meum sic explicatum
 accipe. Dico igitur, quod quanquam
 Natura motu indigeat, ut impuritates
 à sanguine removeat, non semper ta-
 men congruit, eidem vim afferre, ut
 citius abjiciat; nam si effervescentia
 multum increbuerit, præterquam, quod
 ulteriori motu, omnes virtutes oxyus
 resolveret, excernenda tamen ob nimiam
 solu-

solutionem, majorem acrimoniam conci-
 perent, atque symptomaticè, & non cri-
 ticè promoverentur. Separationes enim
 motus mediocris complet, excedens au-
 tem haud sejunctionem, sed cum majo-
 ri pernicie confusionem parit. Quapro-
 pter Antiqui, qui fuerunt operum na-
 turæ veri imitatores, in hujusmodi af-
 fectionibus, ut motus effervescentiæ super-
 vacaneos reprimarent, à pabuli subdu-
 ctione curantium inchoabant; à carnibus
 enim ægros abstinebant, & vinum non
 permittebant, donec febris mitescebat.
 Aqua tamen pro potu utebantur, modo
 scilicet calybeata, modo hordeacea, &
 aliquando etiam Acetosella, Cichorei,
 aut Endiviae; cui immiscebant, aliquan-
 do succum citrii, multoties limonum,
 de ribes, aut acrum granatorum, & in-
 terdum coacti, etiam ad sanguinis mis-
 sionem deveniebat, ut videre est apud
 Avenzoat in 7. colliget. cap. 3. Qui etiam
 filio suo tertium annum agenti non pe-
 percisse, refert; & Rhases præcipiebat,
 ut adhuc pueris, si quintum mensem ex-
 cedebant, sanguis extraheretur per cu-
 curbitulas.

Sed

Sed quid dicam de frigiditate, quæ retractione papuli in corpus introducitur, aut de potentiali, si ipse Hippocrates, etiam actualem non reformidavit? Sic enim scripsit in libro de Humidorum usu numero 10. *Aqua frigida prodest Papulis rubicundis, quales alia, aliquæ alia ex parte erumpunt.* Igitur si Hippocrates Aquam frigidam in Papulis rubicundis commendabat, cum Papule rubicundæ in pueris, variolæ non adhuc suppuratæ esse soleant, dum febris argumentum capit, & ad flatum properat, Aquam frigidam pro iis moderandis multum prodesse posse mihi persuadeo; quemadmodum etiam, & morbillis, qui ad modum veri Erysipelatis cutim inficiunt. Hujusmodi enim ob magnas febres, quas vehunt, aliquando non solum cutim subjectam succendunt, verum etiam multoties veluti igni damnatam reddunt. Aqua enim propter frigus, supervacaneam effervescentiam moderat, & ob affluentiam humiditatis, humores pacatos reddens, separaciones melius molitur. Hinc perperam nonnullos

nullos facere video, quod infantibus, à variolis, & morbillis oppressis, atque à magna febre correptis, fortia medicamenta diaphoretica præscribunt; nam sanguis crebrius adaucto motu fermentativo liquari solet, quam repurgari videtur. Unde non immerito Sapientissimi quidam abhorrent etiam lectum, & musæum calidum, primis sex ab eruptione diebus, ut æqualis ille motus secretioris summopere custodiatur, & non distrahatur. Hanc praxim utpote consenteam sequi visus est Celeberrimus ille Practicus Anglicus Thomas Sydenham, qui in capitulo de Variolis ait. *Plures in calidiori regimine mori, quam in frigidiori, ex calido enim regimine, nihil boni nasci, sicuti ex precipiti fructu, nihil frugi.* Ut ebatur proinde non dissolventibus, sed diluentibus, scilicet albo decocto ex Pane, & Cornu Cervi crudi exigua quantitate in multa Aqua facto, vel hydragola ex tribus Aquæ partibus, & lactis una simul coctis. Nec ed tantum profecit (inquit) ingestî liquoris copia, quo insignem calorem, cum matura-

R tio-

tioneis febre præcipue vigentem, restinguere
 ret, sed quatenus Ptyalismum, etiam pro-
 moveret, atque eundem diutius protraheret;
 quam poterat fieri, si æger nimis
 astuaret calore; Præter hoc omnia, sape-
 numero ita bene cessisse liquores hoscæ affec-
 tim haustos observavi, ut eorum usu va-
 riola, qua cum pessimis confluentia signes
 exibant, progrediente morbo distinctæ
 sint factæ pustulæ, qua mærescentes, rup-
 bram primò, mox nigram materiam aliter
 evomissent, flavissimæ comparerent, pre-
 efferatis insuper, atque minutulis, boni-
 gnæ, atque optimi moris haberentur. Sa-
 pe enim, quo diutius excretionem natura
 retardat, dummodo effervescentia non
 tollitur, ed melius separatio fit, quia vi
 naturæ sensim abigitur, quod est incon-
 gruum, & non morbi, qui materiam non
 congenerem, cum virtutibus confusè ex-
 pellit; alioquin, etiam in magnis febri-
 bus, evacuationes ante coctionem pro-
 movere congrueret, licet causa hactenus
 subacta, & separata non sit. Hinc si mor-
 billi, ut natura cum variolis conveniunt,
 ita methodus par esse debet: quapropter
 si fe-

(259)

si febris in variolis modum superaverit,
magna sitis, & summi astus supervene-
rint, ac circa statum illarum sufficientes
humiditates pro debita separatione defe-
cerint, vel morbilli confluentes fuerint,
& deliria, vigilias, magnos sudores,
aut dysenterias promoverint, si blandis
acidis, & diluentibus remediis tantus
fervor removeri non videtur, ipse quo-
que Aquam frigidam cum aliqua mode-
ratione permettere non repugnareb^{et} ;
nam si temperiem prætergrederetur, ob
remotionem omnis fervoris, excretio-
nem materiæ non congenitis, quæ explo-
denda esset, intercluderet. Atas enim
puerilis non permittit Aquæ frigidæ
quantitatem magnam, cum infantes sint
debiles; moderationem tamen sustinere pos-
sunt, sicuti etiam constantes sanguinis
evacuationes sufferre quandoq; videntur.

L U E S V E N E R E A .

Lues venerea quanquam inter morbos
acutos non annumeratur, cum non
nisi longo tempore, & quibusdam præ-
cipuis

cipuis alexi pharmacis curari videatur, nihilominus quia secundum varietatem eorum, cum quibus sua seminia complectitur, magna ex parte altiores radices figit, & vel mortem properat, aut vix quidem reducibilis aliquando efficitur; hinc factum est, quod etiam ad eam currendam quidam Aquæ frigidæ usum commendant, cum etsi ipsam luem suapte virtute dissipare non possit, causam tamen, quæ illam alterat, fortioremque reddit, non parum debilitat, & plerunque etiam penitus eliminat.

Hi manque suas rationes abundas reddere conantur, quia hoc virus, non modo propter acidam, & propriam, quin etiam ob adscititiam, nempe summè acrem naturam, quam consequitur, multoties perversius redditur; nam tametsi hoc venenum primùm lymphæ, communicetur, cito tamen sanguini sui copiam facit, qui si fortasse salium, & sulphurum superfluitatibus abundans factus fuerit, & suæ congruæ humiditatis expers evaserit, quæ remanent sub crassiori forma ejus particulæ, dum hujusmo-

iusmodi toxico iinbuuntur , ob majorem
 unionem , quam ineunt , fortiori etiam
 ad invicem luctatione accidunt ; hinc
 non habentes propter humiditatum de-
 fectus , à quo diluantur , infringantur ,
 & deriventur , quocunque iverint , sua-
 rum pravitatum effectus demonstrant ;
 etenim quandoque non modo immanes
 dolores , vigilias perennes , longas fe-
 bres , macies , ulcera quædam sicca , &
 tubercula fere irresolubilia promovent ;
 quin etiam fere sexcenta alia mala subo-
 riri faciunt ; unde sicuti non repugnat ,
 quod hæc lues corpus calidum , id est Bili
 sulphureo-salinæ generandæ subiectum ,
 irrepat , & symptomata illi congenera
 producat ; ita etiam saltem ad præsen-
 tiam hujus apparatus , Aquam frigidam ,
 minimè deesse posse , decernunt . Anti-
 qui enim in curantia hujus morbi , ple-
 runque sanguinis missione utebantur , &
 sè penumero etiam Aquas stillatitias , &
 frigidos syrups porrigebant in remo-
 vendis sanguinis agitationibus , ac resti-
 tuendis congruis humiditatibus , cùm non
 semper conveniat in curantia Siphylidis

ulteriore motum humoribus injungere, & præsertim, si summam acrimoniam à Bili degeneri contraxerint; etenim in absentia humiditatum, efferatores aliquando reddi solent. Tabidi enim hujusmodi temperamento prædicti sæpe fieri videntur, & à copiosis sudoribus, quos motus cœntia medicamenta promovent, non tardò etiam propriis substantiis orbari; quemadmodum si dura tubercula, aut sicca ulcera iisdem obveniant, neque ista removeri prospiciuntur, nisi humores, qui ea procrearunt, prius quietem, & deinde emendationem accipient. Curatio enim Siphylidis non semper est eadem, sed propter naturæ hominum diversitatem, sæpe dispar efficitur, siquidem quandoque ignis, & multoties, etiam Aqua frigida, hanc luem remittere visa fuit. Hæc ipsi.

Pergant tamen, ut cœperunt, suamque confuetudinem servent, qui in currentia Luis venerez Aquam frigidam reæta methodo institui posse dijudicant; quoniam ego, sive ejus causam intueor, aut modum, quo abstrahi possit, decerno,

no , haud quaquam satis esse posse coni-
cio . Et quidem licet ipse considerave-
rim hunc morbum ob varios ludendi
modos , multigeris etiam remediis pro-
sui resolutione indigere ; haud tamen fa-
cile cognitione assequi potui , quomodo
Aqua frigida salutis commoda hujusmodi
egrotantibus invehere possit ; tanto ma-
gis , quia sape etiam sine febre invadit .
Edepol Aqua non semper operatur , ut
Aqua est ; verum etiam quia calida , vel
frigida est . Frigus enim cum sit inimi-
cum , ossibus , Cerebro , & spinali medul-
lis , que partes cum huic toxicō exci-
piendo , magis aptæ fiant , ulterius infici
possent , & in tabem citius etiam resolvi .
Humores enim salino-acres à Lue Celti-
ca commaculati , caustique fere natura
imbuti , etsi ab aqueis quibusdam , dilui-
ac disperdi possint ; à frigidis tamen
emendari non videntur , sicuti & cetera
alia venena , ut superius multis rationi-
bus , & Doctorum authoritatibus tibi
manifestum feci . Præterea hoc ipsum
arguere possumus , quia dolores venerei
in frigidis temporibus magis graßantur ,

& noctu plusquam in die exacerbari solent. Et quanquam multa alexipharmacca sub aquarum formis, propter humidatum defectus, & humorum acrimonias, usu habenda esse Methodus quandoque persuadeat; maxima tamen cautione indigent, ut ad Praxim revocari possint, scilicet aqua non admodum frigida exhibere oportet, ne eorum operationes retardari videantur. Figitur enim venenum ab Aqua frigida, à qua cum non corrumpatur, sed tantum mitigetur, brevi tempore reviviscere posset. Illud unum dicam generatim. Verba sunt Francisci Vallesii in comment. textus 41. lib. 7. Epidem. Hippocratis. Hippocratem, & omnes alios, qui in magno praetio fuerunt medicos, indicationem causæ sequi voluisse, multò audacius, quam vulgares medicos, qui plerunque praesentibus symptomatis perterriti, illisque occurrentes morbos producunt, aut vix, nisi levissimos persanant. Venenum enim à corpore extrahi debet, haud quaquam tamen in aliqua parte concludi, nam majores vires acquirendo, vel reliquis par-

partibus adhuc non contaminatis com-
municaretur , aut saltem particulas labe
obseffas , ocyus corrumperet . Unde di-
vinus senex Hippocrates in lib. de affe-
ctionibus num. 30. in removendis dolori-
bus à materia venenata , igne , & non
remediis frigidis utebatur , ut rectè etiam
admonet Ambrosius Paræus in lib. 17. de
Arthritide cap. 12.

Ulceribus etiam Aqua frigida adesse
non potest , quia licet multoties hujus-
modi sicca fieri videantur , opportuna
humiditate , scilicet alexipharmacâ sa-
penumero mulciri solent , non autem in-
congrua frigiditate leniri prospiciuntur .
Et licet multa alia ulcera in cutim præ-
cipue promota , actuali frigidate , optimum
successum habuisse visa sint , illa
tamen non à materia venenata , sed à ni-
mia effervescentia acrum humorum or-
tum habuisse experientia demonstravit ,
cum nequitiem humores non semper à
veneno contrahunt , sed multoties pro-
pter motum incongruum adipiscuntur .
Lues igitur Celtica , cum inter morbos
venenos annumeretur , & non inter
illos

illos affectus , qui causa nimis effervescentia pravitates designant , potius propriis alexipharmacis , quam frigidis remediis eget , ut disternatur possit .

Quod si ulcera partium generationi dicatarum in Gonorrhœis virulentis , copiosis aquæ humiditatibus blandiri , & repurgari quandoque contingit ; speciosa tamen , valdeque ampla hæc res est , quæ ab humiditate derivat , non autem à frigiditate provenit ; è quo si hujusmodi ægrotantibus aquæ humiditates admodum frigide exhibentur , perniciosiori cruciatu affici possent .

Cæterum si tabidi quandoque redduntur , quia exiguum sanguinem , & carnem habent , praterquam , quod excessum frigoris sustinere non videntur , humido refectivo potius opus habent , ut resarciri valeant .

Ad extremum Hydrargyrum ipsum , quamquam Aquea methodo plerunque suas operationes melius explere expertum sit , Aqua tamen non debet esse nive glaciata , quia illud figeret , & major rem perniciem invehernet . Remedia enim anti-

antivenerea , quando humido regimine institui debent, calore potius actuali opus habent , quām multa frigiditatem indigent , ut suas vires promovere possint , ob quam causam usus hypocausta adaptare solet , aut calida cubilia parare , ut quod intus latet , veluti fores aperiendo , majori facilitate extra protrudatur.

Sed ad quid reliquos morbos disceptando transcribere conabor , si propemodum infinitæ sunt illæ affectiones , quibus Aqua frigida præsto ire , vel jacturam afferre posse videtur ? Communiores , enim notavi , ut illæ pro norma ceteris inserviant . Principia enim intueri debemus , quomodo Aqua frigida operatur , & quæ sint causæ morbos efficientes , & sic facile , quibus hujusmodi Praxia accommodati possit , conjectura prospiciemus . Virtutes enim Aquæ frigidæ Vir Sapientissimè plutes sunt , quām , ut disceptatione determinari possint , descriptione figurari , dictione præscribi , vel exactè brevi oratione concludi ; quapropter si omni ex parte tibi satisfacere haud potui , dandum multiplicibus ejus ope-

operandi modis , qui non solum meam , utpote debilem , quin etiam acutas aliorum mentes penè obruerint . Tibi tamen pro explendis tuis desideriis sufficiat hosce meos sensus , licet in culto stylo obumbratos habuisse , qui tamen uti exoptabas , nihil novitatis sapiunt , sed antiquissimam medicinam , Tibi ferè innatam redolentes , antiquorum rationibus firmantur , & observationibus , veluti totidem clypeis fulciuntur . Ab antiquis enim haud recedere volui , quia hi non ab Idea , vel Systemate , sicuti quidam alii rationes elicere conati fuerunt , sed experimentis innixi , ad morborum causas explicandas , meliori via operam dederunt . Quod si tandem omnia ad motum , & quietem reduxi , hoc etiam ab antiquis ipsis derivavi , nam etiam Theffalus in clauso , & fluxu morborum causas reposuit . Aqua enim frigida magnum remedium est in quibusdam morbis , at cum non omnibus præsto ire possit , non licet proinde illam indiscriminatim ad Praxim revocare , cum inconsideratæ audaciæ multoties adscribitur , & non vir-

(269)

virtuti , etiam bonum , quod aliquis ab
accidente derivat , siquidem bellum ag-
gredi , sape temeritatem sapit ; optimo
tamen successu concludere , non fortu-
ne solum , sed virtutis quoque est Ar-
gumentum .

F I N I S.

Præcipua, quæ irrepserunt.

Errata *sic* *Corrigito*

Pag. Vers.

4.	13. profigua	proficua
13.	18. iisdenque	iisdemque
16.	23. exterioriorum	exteriorum
28.	18. in his libris	in libris
53.	6. extingunt	extinguunt
60.	8. quæ	qua
101.	19. ocius	oculus
117.	19. ocius	oculus
118.	7. Galenus	Galenum
119.	24. ocius	oculus
223.	26. Plathea	Platea
224.	11. Plathea	Platea
233.	7. summum	summam

9-10. *ramulus olei, ramulus florum*



